HAFENREFFER (SAMUEL) 1587–1660.

2873. Monochordon symbolico-biomanticum. Abstrusissimam Pulsuum doctrinam, ex Harmoniis Musicis dilucidè, figurisque ocularitier demonstrans, de Causis & Prognosticis inde promulgandis fideliter instruens, & jucundè per medicam praxin resonans; pulsatum per Samuelem Hafenrefferum. sm. 8°. *Ulmæ, typ. B. Kühner*, 1640.

With plates; and diagrams and musical notation in the text.

By a Tübingen professor; one of the most amusing books on the pulse ever written. This copy has a note in the handwriting of Van den Corput: Traité curieux et Rare ainsique l'un des premiers sur le Pouls, dans lequel l'auteur a mis en musique les battements de la radiale et introduit le premier une notation musicale du pouls. Compare the notes in his copy of Marquet's similar work, no. 3335. [W. O.]

2873

Traité curieux et Rare
ainsique l'un des premiers
sur le Pouls,
dans lequel l'auteur a mis en
musique les battements de la radiale
et introduit le premier
une notation musicale du pouls.

(This is apparently in the hand of
Dr. Van den Corput; see note in No.
E.1.31. – Marquet on the pulse. The
Van den Corput sale catalogue is No. AA.2.35)

lot 185 in v.d.C's catal.

MONOCHORDON SYMBOLICO-BIOMANTICUM.

Abstrusissimam Pulsuum doctrinam, ex Harmoniis Musicis dilucidè, Figurisq; oculariter demonstrans, de Causis & Prognosticis inde promulgandis fideliter instruens, & jucundè per Medicam praxin resonans;

Pulsatum per

SAMUELEM HAFENREFFERUM,
Philos. & Medic. Doctorem.



M DC XL.

ULMÆ,
Typis & impensis Balthasari Kühnen.

Dr. Fr. Gottl. Thierfelder
Misn. CIƆIƆCCCXXXVI.

GENEROSO VIRO,

Antiquæ Nobilitatis Splendore, Rerum civilium prudentia, Heroicarumq́ Virtutum laude præstantissimo,

DOMINO

LUDOVICO à JANOWITZ, Serenissimi Principis Wirtembergici Consiliario, Magno, Curiæq́; supremæ Præsidi Augusto, Domino ac Patrono suo colendissimo.

MAgnalium Universi abyssum, Generose ac Nobilissime Vir, Ego põderans, circa nobilissimum subjectum, humanum scilicet corpus dum versor (cui prima mundi ætas, in multos centenos annos qui-

dem usuram vitæ concessit) in moderno vitæ curriculo (quod Xerxes ad centenos tantum summis cum lachrymis reduxit, arctiorem verò Sacer vates 70. solummodò determinavit, ut meritò, Medicorum Antistes, in limine Aphorismorum suorum, sacrum hunc vitæ terminum Brevitatis nomine notârit.) quî aurea dum fruitur sanitate, & morbosis constitutionibus, quando torquetur, à medico ex pulsu cognoscatur, mens mea fuit intenta infixaq;.

Hunc autem gravem nec minus utilem dum suscipio laborem, placuit arduum hoc Pulsuum negotium (hactenus etiam ab aliis curatum) ἀναλόγως tractare musicaliter, eò, quòd cordis motum, tactus Musicus graphicè depingat, ac ma-

nus

nus Musici Elevatio & depressio, cum cordis Systole ac Diastole, maximè correspondeat, Pythagoram, *Harmonias primum Inventorem sequutus, qui mortuus perhibetur Anno Mundi, 3472. Ante Christum 496.*

Adde Musices in animis hominum præstantissimam efficaciam, utpote, quæ iratos & aliis passionibus occupatos sæpe alleviat, teste Aristot. L.8. Politic. c.7. Taceo, quod Musica, in bruta quoque suam imprimit potentiam: Notum enim Delphinum, Symphoniæ cantu mulceri, Arionis Exemplo: Tanta etiam Equo docilitas est, ut universus Sybaritani Exercitus equitatus, ad Symphoniæ cantum, Saltatione quadam, inveniatur, moveri solitus, recensente Vincentio in suo

Speculo Naturali L. 18. c. 48. Amphionem Thebarum regem cytharæ cantu ſaxa moviſſe ferunt.

Sed miſſis hiſce, Harmonicum concentum pulſus Humani Syſtematis, ſi contemplamur, vitæ Melodiam ſuaviſſimam percipientes, lætatur animus & ſpe optima confirmatur: Homo autem mortali conditione generatus, non Dorium ſemper intonare, verùm quandoque in Hypodorio, inclinata ululantique voce, canere quia cogitur, & omnium Sonorum fundamentum ac radix uniſonus, Gravis, à quo in Monochordo, reliquarum vocum dimenſio commodè docetur, inde non diſcedentes, MONOCHORDI *titulum præfigere fuerat æquum, ſiquidem una vice, una tangitur arteria Monochordon referens.*

ferens. De Megacoſmi Monochordo, abſtruſiſſimarum totius naturæ rerum ſagaciſſimus indagator Robertus **Fludd**, *aliàs de Fluctibus dictus, cum Mathematico illo Cæſareo Magno Joanne Epplero, Ejusq; Harmoniis ſunt audiendi.*

Sed proh dolor ἐν τῷ νῦν *non pſalteria, non cymbala, non cythara clangunt, verùm brutorum coria, horriſonaq; Taratantara perſonant, ex quibus pulſus plurimi redduntur languidi, ut fortes fiant, animi erectione veniunt ſuſcitandi: Et præter horrorem, quem tympanorum ſtrepitus movent, variorum morborum agmen ſequitur, quod ſegetum devaſtatio, Regionum incineratio, Hominum deſolatio, victus depravatio, conſcribunt, illius ſignifer non immeritò*

pulſus conſtituitur, qui ad extremum usque halitum, vexillo tandem involutus, pro ſalute aciei vitam cum morte commutat: Hujus ſtatum, ex Muſicis, cui arti, Magni etiam Imperatores operam dare non erubuerunt, deſcribere quia jucundum, ſequentibus meditationibus via eſt aperta: Cùm verò non cujusvis animus, Muſicis ſit deditus, vel etiam, cum temporis lapſu memoriæ acumen, plurimum hebeſcat, Multum autem quia ſigna faciunt, & ex alia Memoria venit alia, prima Muſices rudimenta revocare neceſſum fuit, quibus ſimul adhærens Numerorum proportio, cum Hieroglyphica quadam ſignificatione, revelata, & omnia tandem in uſum medicum ſunt translata.

Porrò quoniam G. T. in Mu-

ſicis,

ſicis, Geometria, Numeris, Aſtris, ſeſe contrivit, atteſtante incredibilium reliquarum virtutum fama, Tuamque ſummam Gravitatem cum ſingulari comitate, ac in Nomen Hafenrefferianum Animum Benevolum ac proclivem, dum contemplor, Beneficiorum in me, meosque collatorum acervos dum numero, Amicitiamque Fratris tui cum Parente meo, (quorum memoriam nulla unquam nobis delebit ætas, nulla oblivio) dum recolo; Grandem tuam poteſtatem armis ſcientiæ, prudentiæ, tuendi, dum pondero; Tutelæ tuæ me & hoc quodcunque eſt, concredere, Animus meus ſtimulavit.

Suſcipe igitur, cum Authoritate, virtutis & ſapientiæ Gloria, Vir Generoſiſſime, Patrone æter-

nùm colendissime, Hunc Harmonicum vitæ concentum auribus patulis, oculis blandis, ulnis benevolis, Manibus Gratiosis, ac si à gravioribus negotiis vacat, hisce animum recrea, mihique favere, quod facis perge, atque si res exiget defende. Vive Valeque Nestoreos in annos felix. Dabam Tubingæ 9. Junii, ANNO χριστογονίας *1640.*

G. T.

devotissimus

Samuel Hafenreffer
Philos. & Med. D.

In

In Clariſſ. & Excellentiſſ.
VIRI
Dn. D. SAMUELIS HAFENREFFERI, &c.
Harmoniam Muſicalem doctrinæ de PULSIBUS.

GREGOR. HORSTIUS D. Reipubl. Ulm. Archiat.
νῦν ἐν ἁγίοις.

QUi recreat Pulſus vitalia viſcera motu,
Quo durante, diu conſtat quoq; vita; quieſcens
Qui aſſiduo mortis ſignum præhenditur. Ecce!
Quod Sol eſt Mundo radiis, hoc fervida virtus
Hîc præſtat Cordis Pulſu. Modulamine miro hoc
HAFREFFERE doces: Chordas tibi dirigit Orpheus,

Quî

Quî motu Cordis ſpargatur Vita per
artus
Undique, Totius quò Res-quoque-
Publica conſtet.
Dic, Lector, valeat nobis hic Orphëus,
atque
Concentu hanc facilem doctrinam
reddat amico.

HOROLOGIUM

automaton Muſicum, per Syſtolen & Diaſtolen pulſuum cordis & arteriarum DEO OPT. MAX. conſecratum.

SOl parvi mundi, Vitæ fons automatonq;,
Mobile perpetuum, Spirituumque domus,
Tu Cor, tuq; mihi quæcunq; arteria pulſas,
Hoc inceſſanter fac facito officium:
Submittis quoties te, dic, miſerere, Iehova,
Quæſo, mei; attollens, Laus tibi, Chriſte, cane.
Hic cantus duret dum ſpiritus hos regit artus;
In cœlis donec jubila ſancta canam.

Hoc

Hoc ego nunc vivus voveo, Tibi deniq; soli
Vivens me & moriens mancipo, dedo,
DEUS!

Johann-Sebastianus
Blosius, D. & P. P.

Ad
Dn. Autorem, Affinem meum
honoratissimum.

POndere, mensurâ, numero Deus omnia fecit,
Huncque γεωμετρεῖν semper, ait Sapiens.
Mensurans numeras dum tu quoque pondera pulsus,
Annon Divinum sic facis officiū?

Idem Blosius.

DUm canis in fragili quid signet Corpore Pulsus,
Cum Medica certat Musicus arte Lepor.
A Te Naturæ scitum Monochordon habemus,
Cantillat vario quæ sua fata Tono.

Isaidæ

Isaidæ nomen fecit Decachordon in Orbe;
Tu famæ applausum per Monochordon habes.
Ast Tuba dum clangit, dum ferrum dividit Orbem,
Germanisq; meis ultimus instat Agon;
Corpore si quisquam monstret Monochordon in isto,
Hic mihi vel Coo Principe Major erit.

M. Heinricus Schmidt.

ΣYN-

ΜΟΝΟΧΟ΄ΡΔΟΥ

Παράφρασις
I.
De Pulsus Etymo.

Factus homo ex limo terræ divina inſpiratione, in Animam viventem, *a* ut ſpecimen ederet Imaginis Divinæ, formatis de cunctis animantibus terræ, & univerſis volatilibus cœli, adduxit Dominus Deus ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea: Omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipſum eſt nomen ejus. *b* *Hominis nobilitas.*

Hæc prima Nominum origo à ſanctioribus arcanorum divinorum ſcrutatoribus, altiori mente ponderata, magna eaque penè inſcrutabilia myſteria revelavit, nec ſolùm terreſtria, ſed & cœleſtia, ſupercœleſtia, imò & ipſa Divina imperſcrutabilis alioquin majeſtas quadantenus delineata. Relictis enim terrenis ad cœleſtia & divina noſtros animi oculos paululum ſublevantes,

tes,

tes, primordium Creationis, divini dictatoris Sp. Sancti verba, Nomen creatoris exprimentia, facta trutinatione arctiori quando pensitamus, in limine statim SanctumNomen אֱלֹהִים Sacrosanctissimam Trinitatem luculentissimè designat. Sic enim sacer Notarius Moses fatur: In principio creavit אֱלֹהִים *c* quod pluralis est numeri, & id quod dii apud nos significat. Cujus singulare est אֵל, id est, DEUS, vel potius אֱלוֹהַּ, quod etiam idem est, quod DEUS. Hoc igitur nomen Elohim etsi pluralitatem designet: cum verbo tamen singularis numeri jungi solet, quoties in Scriptura Sacra pro DEO vero accipitur, ut est modò nominatum Geneseos principium: In principio creavit Dii cœlum & terram. Quod quidem absque grandi mysterio factum non est. Quia enim juxta D. Augustini *d* sententiam, opera Trinitatis indivisa sunt ad extra: idcirco Moses ille magnus, ad insinuandum, omnes tres personas Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, simul ad mundi creationem concurrisse, Elohim, id est, Dii in

Nomina divina quid arcani contineant.

in plurali dixit, non Eloah, ſive El, i. e. DEus in ſingulari: ad oſtendendum autem tres illas perſonas eſſentialiter non diſtingui, ſed idem omnino eſſe, hoc eſt unum DEUM eſſe, & non tres Deos, בָּרָא, id eſt, creavit, in ſingulari dixit, & non בָּרְאוּ, i. e. creaverunt in plurali.

Ex ſupercœleſti Hierarchia ad cœleſtem ſi tranſeamus, lapſo Adamo ac in exilium ex Paradiſo relegato, munivit Altiſſimus hortum Eden, & ab ulteriori acceſſu retardavit, collocando ante Paradiſum *Cherubim* & flammeum gladium atq; verſabilem. *e* Ex primo Hierarchiæ Angelorum ordine Cherubim *f* ſeu cognoſcentes dicti, quod in dono divinæ ſapientiæ ſunt cæteris magis excellentes, quorum primi *Seraphim g* conſiderant DEI bonitatem: Secundi *Cherubim* virtutem: Tertii, Æquitatem. Vel in I. ſive Seraphim DEus amat ut charitas; in II. ſive Cherubim noſcit ut veritas; in III. ſive *Thronis* ſedet ut æquitas. *h* Gladius flammeus verſatilis in manu Cherubim fuiſſe traditur, ad deſignandam virtutem ipſis traditam, qua dæmonum & Rebellium conamina ſum-

Angelicarum Virtutum commonefactio.

 na ſum-

na summa pellant potestate: vertilis ad hostes ubivis locorum ingruentes paratus.

Cœlum cur firmamentum dicatur.

Sanctis Hierarchiis succedit Cœlum seu Firmamentum, quod solidum est firmúmque, unde præ nimia firmitatis suæ permanentia incorruptibile & immutabile tàm in substantia quàm in forma *i* quæ firmitas ei nomen imposuit, illóque tritum illud dicterium verificavit:

Conveniunt rebus, nomina sæpe suis.

Hominis totiusq́ compagis Etymologia.

Ipse *Homo*, ab humo nomen suum, quod deduxerit, nemo ambiget. Ac quidem primus *Adam* à Rubedine humi ex quo creatus, fuit cognominatus. *k* Cujus *Caput* à capiendo dictum, eò quod omnes sensus & nervi inde initium habeant & capiant.

Calvaria anterior pars cranei ab ossibus cranei sic dicta propter capillorum defectionem; Sic

Vertex dicitur superior pars capitis exterius, ubi capilli capitis colligantur, & in qua cæsaries vertitur.

Occipitium nuncupatur pars capitis posterior, quasi contra capitium.

Oculi quasi occulti sunt dicti, quia eos ciliorum tegmina occultant, ne

qua

qua incidentis injuriæ offensione læ-dantur; vel quia occultum lumen in se continent.

Pupilla medius punctus oculi ubi vis est videndi, in qua quoniam parvæ imagines videntur, pupilla nominatur; vel quod pura sit & impolluta ut puella.

Cilia, à celando dicta, quod oculos celent & tegant, tuta custodia. Hæc Cilia palpebræ dicuntur, quia palpitando semper moventur: assiduè enim adinvicem concurrunt, ut assiduo motu reficiant oculum.

Supercilia quoniam ciliis superposita pilorum multitudine vestita, ut sint oculorum juvamenta, humorem vel sudorem de capite influentem depellendo.

Frons, ab oculorum foraminibus nominata, dicitur.

Tempora, cum mobilitate continua, quasi temporum intervallis, immutantur, dicta sunt.

Auris à vocibus hauriendis.

Mandibulæ à manducando.

Gingivæ quod dentes gignant.

Labia nomen à lambendo hauserũt, superius autem labiũ, inferius labrum nuncupatur, quibus subnectitur. *Men-*

Mentum quaſi mandibularum fundamentum.

Os quoniam oſtii vices gerit per quod tum cibi immittuntur, quum forâs ſputum ejicitur, nec non ſermones quaſi de oſtio egrediuntur.

Dentes quod omnia appoſita dividant & incidant.

A lingendo cibum vel articularis ſoni ligatura *Lingua* cenſetur vocata.

Collum quod rigidum ſit, & rotundum caput bajulans & ſuſtentans; cujus pars anterior gula *l* cibi potusque deglutitionis ratione vocata, poſterior vero cervix appellatur, quaſi cerebri via.

Humeri ad diſtinctionem hominis à brutis quæ armos habent, appellantur.

A Fortitudine *Brachia* ſunt dicta.

Manus totius corporis munus; ipſa enim cibum adminiſtrat, omnia operatur ac diſpenſat.

Dorſum à duritie dictum, quia durior corporis ſuperficies ad modum ſaxi ad portandum fortis & ad patiendum durabilis.

Umbilicus, quaſi iliorum umbo in medio clypeorum ſic dictus locus.

Genua, quod in utero genis ſunt compoſita. *Crura*,

Crura, nominata à currendo ſunt & dicta *Tibiæ*, quia tibiæ ſunt ſimiles, ſive tubæ in ſpecie & in longitudine.

Planta à planitie; *Calcaneus* à calcando nomen accepit.

Pariter ab arteriæ continua pulſatione ipſum *Pulſus* nomen exortum: vel à pellendo, quod fuliginoſa nimis vitæque infeſta, frequenter expellat, eſt nuncupatus. Et hæc ex Etymi ſollicitatione Prooemii loco ſufficiant prolata.

a *Geneſ.c.2.v.7.* b *ibid.v.19.* c *Reuchlin.de Cabal.l.2.c.6.p.70.* d *Auguſtin.Tom.4.libr.de Trin.c.5.* e *Geneſ.c.3.v.24.* f *Barthol.Anglicus l.1.c.9.* g *Hartm.Schedell in deſcript.ætat.mund.* h *Barth.Anglicus l.2.c.4.* i *Ariſtot.l.1.de cœl.c.3.text.20.l.2.c.1. Scheck.Comment.in l.1.de cœl.p.11. S.Dionyſ.Areopag.de divin.nom.c.4. Colleg Conimb.l.1.de cœl.c.3.art.2.p.67.* k *Avenar.in Dict.Hebr.p.8.* l *Galen.de loc.aff.l.5.c.4.p.121.*

Παράφρασις II.

De Subjecto pulſus, organis & cauſa movente.

QUod de cœleſtis Theatri fulgentiſſimo Sole, multis iisq; genuinis Encomiis Antiqui- *Solis præſtantia.*

tas celebravit, inquiens: Sol eſt oculus mundi, jucunditas diei, pulchritudo cœli, menſura temporum, virtus & vigor omnium naſcentium, dominus Planetarum, & perfectio omnium ſtellarum, fons mentis, memoria rationis, principium lucis, rex naturæ, mens mundi, fulgor olympi, moderator firmamenti: non immeritò id quoque de Imaginis Divinæ Caloris Omnis Rectore CORDE pronunciatur. Ex eo enim tota compages vivit, ſentit & movetur, hinc *fons & origo caloris nativi*, quo animal regitur, à Medicinæ & Philoſophiæ Præſulibus deprædicatur, *a* eoque reſpectu ab Ariſtotele primum vivens ac ultimum moriens dictum. *b*

Microcoſmi Sol eſt COR

Cordis formatio qualis.

Hoc tam nobile viſcus *c* conceptione facta, per plaſticum calorem in ſemine reſidentem & tres bullas excitantem, *d* ſuum ſumpſit primordium primis fæturæ diebus. Tota enim maſſa ſeminalis externa parte terrena reſiccante, membranula obducitur, quemadmodum in pane dum coquitur, Hippoc. *l.* 3. *de natur. puer. ſect.* 3. *p.* 15. tenue quiddam, pelliculæ ſpecie, in ſuperficiem abſcedit, quam tunicam Authores, *Chorion e* Hippocr. *l. de natur. puer. ſect.* 3. *p.* 17.

nuncu-

nuncupant, Latini *locos & secundas* dicunt: quam in generatione duæ sequuntur aliæ, quæ sane tunica summa Opificis providentia illicò fuit obducta, tum ne minimè constans semen difflueret, tum ut *tres primorum principiorum bullulæ* molles adhuc & exiles, uteri duritie, minimè oblæderentur aut spiritus exhalarent; quod quidem ad eximii Architecti exemplum factum fuit, qui prius tectum parat, sub quo postea ab injuriis munitus, egregium ædificium possit fabricare. Cum igitur hæc membranula per uteri acetabula utero committatur, contenta semina eidem annectit. Et in ea membrana, meatus, ad spiritus eventationem permeat, inter quem venæ arteriæque procreantur, quarum ora externam tuniculam penetrantia vulvæ, venarum arteriarúmque oris committuntur, ex quibus venæ non pulsantes in unum coeuntes, similíque modò arteriæ venas duas totidémque arterias constituunt, quas cuticulare putamen ambit, ex quibus conflatur umbilicus, per quem ex vulvæ acetabulis cruentus succus resudans, fœtum postea nutrit, vena verò ex umbilico proveniens, ubi

Principiorum primorum in generatione bullulæ tres.

Chorion membrana instar tecti.

Chorion usus.

Umbilici formatio ejusq; usus.

primum cutim fætus ſubit, ſtatim bifariam ſcinditur: deinde ex utrisque his partibus venæ aliæ inſtar ramorum tum ex illis aliæ, atque ex his item aliæ progerminant, & hoc tantiſper donec ad fines quosdam pervenerint, quibus poſtea propria jecoris ſubſtantia circumcirca agnaſcitur, ita ut ramulorum interſtitia perinde ac ſtœbe impleat atque obturet, depreſſionis autem venæ progerminationes in *cava* viſceris parte efficiuntur, qua dexterius ventris latus circumdat: altioris in *gibba* qua ſeptum transverſum attingit, ac propterea duæ jecoris portæ in fætibus contigêre.

Iecoris formatio.

Venarum jecoris distributio.

Iecoris partes.

Ex *magna* enim *vena*, quam per umbilicum ferri videmus, omnes totius corporis venæ, partes autem omnes ipſarum & progerminationes exiſtunt: altiore porta effecta, ut omnes, quæ in jecore ſunt venæ gignerentur: humiliore, ut illæ, quæ in ventrem, lienem, inteſtina omnia & reliqua pertinent, procrearentur. Abſoluto autem jecore ex venis quæ in gibbis partibus ſunt, quaſi radicibus quibusdam ſtirps colligitur, i.e. maxima venarum quæ in corpore ſunt, quam propter præſtantiam

qua

qua omnes alias antecellit, *cavam*, magnitudinem ejus ſignificantes, nuncuparunt. Hippocrates *f* jecorariam dixit à JECORE, unde eam exoriri videbat. Hæc igitur vena in utramque partem per animalis lōgitudinem ita protenditur, ut altera ejus pars deorſum mediæ ſpinæ adhærens feratur, altera ſurſum per medium thoracem ad collum aſcendat; hæc tamen aſcendendo primos ramos non parvos eos quidem in ſeptum transverſum diffundit, ſuperius deinde alios exiles prorſus in interſepientes thoracem membranas, & cor involventem tunicam emittit, tum in dextrum cordis ventriculum & thoracem diſpergitur. Eodem tempore exiſtimandum eſt ab inferioribus portis venarum in omnes circa ventrem partes diſciſſas, generationis cauſam ipſis exhibere: Dum verò ſuperior, jecorariæ pars cor adit, inferior deorſum tendens diſciſſa ramulos & ad renes, qui primi jecori proximi occurrunt & ad loca ſpinæ juxta lumbos mittit. Quemadmodum & partem ſpinæ, quæ ſupra ſeptum tranſverſum eſt, & thoracem ab aſcendentis jecorariæ ramulis, materiam ad ſui procreationem accipere,

 veriſi-

Cor quando formetur. verisimile est, *Quo tempore etiam COR formatur*. Potest enim jam ad ipsum antedictum illud arteriarum par, in unam arteriam reductum pertingere, quod in media dorsi spina firmatum ita divisum videmus procedere quoad juxta
„ Cor pervenerit. Ex hac igitur arteria
„ credibile est, Cor hausto sanguine lon-
„ gè calidiore, quam is sit qui in venis
„ continetur, tantò etiam ipsum calidius
„ jecore evasisse, quanto sanguis sangui-
„ ne calidior est. Cum vero *duo* sint *Cor-*
„ *dis ventriculi*, in dextrum, sanguis è je-
„ core mediocri caliditate præditus, in
„ sinistrum longè calidior ex arteriis in-
„ greditur. Quos utrosque ventriculos
„ cum jam habuerit Cor, & utrasque has
„ materias, utpote perfecta jam ipsorum
„ substantia pulsat, secúmq; eadem agi-
„ tatione arterias etiam movet. *g* Unde tunc fœtus non amplius ut planta, sed ut animal jam administratur.

Cordis ventriculi.

Cor quando pulsare incipiat.

Hoc *viscus h* tanquam *centrum vitæ i nativi caloris focus*, *k omnium membrorum Rex & Princeps l* ab Hippocrate Musculus validus, *m* sed perperam vocatum, (eò quòd à musculo multum differat, & crassitudine & formatione & contextu, duritiéque; Quin etiam

Hippocratis error.

&

& operibus nequaquam convenire videntur. Hoc enim Cor tendit ad duplicem & compositum motum qui perpetuo ex diastole & systole consistit, faciendum; minimè indiget voluntate animalis: musculis vero neque motus similes sunt, citraque voluntatem nunquam fieri possunt, *n*) in medio thoracis sinu natura collocavit, loco cùm ad firmitatem aptissimo tùm ad æquabilem ex toto pulmone refrigerationem opportunissimo *o* & ab omnibus, quæ sibi extrinsecus per thoracem occursura forent tutissimo. Cujus caro dura & ægrè patibilis *p* ex fibris multiplicibus est conflata, duos discretos habens in uno amictu ventriculos, utrinque quidem unum, qui nullo modo inter se sunt similes. Unus quidem in dextris ad os situm habet alteram venam attingens & hic dexter: in sinistris in totum ampliorem habet capacitatem & longè altero laxior est, neque cordis extremam partem occupat, sed postremum mucronem Gal. conon *q* relinquit: solidus item est tanquam foris assutus *septum* habet *crassum* & intus tanquam fossicula excavatur, quæ est ad instar pilæ *r* cui sub basi quam nonnulli ca-

Cordis motus qualis.

Cordis situs.

Cordis caro qualis.

Cordis ventriculi inaquales.

Cordis septum.

put

Cordis auriculæ cur affixæ.

put visceris vocant, adjacent duæ *auriculæ* à figura sic dictæ, membranosæ anfractuosæque, ne dum cor movetur, vena cava, venalisque arteria disrumperentur, ac impetum materierum in cor dum dilatatur, magna vi subeuntium infringerent. Alioquin ingressu illo currente & plurimo, Cor pessundare & quasi obruere ac suffocare potuissent.

Auricularum capacitas quid cõducat.

Eam autem quam cernimus à natura sunt sortitæ capacitatem, ut sanguinem aëremque tanquam in penu recondere possent ac mox sensim cordi ipsi ad necessitatem depromere, hinc corde dilatato tenduntur & implentur, sed ipso constricto mollificantur & evacuantur. *f*

Cordis pinguedo unde generetur.

Circumdat quin etiam ipsam cordis substantiam pinguedo, ex sanguinis cremore copiosiore orta, hic enim cremor non discussus, circa partes concrescit ac in adipem abit, non à frigore sed à calore naturali. *t*

Περικάρδιον.

Nobilissimum hunc vitæ fontem ultra quoque cinxit sapientissimus rerum omnim opifex ceu clypeo membranâ satis crassa nerveáque, quam cordis involucrum, græci Περικάρδιον, alii tunicam vel capsulam nominant *u*

mem-

membrana quidem à ſubſtantia, tunica vero ab uſu, capſulam, quod inſtar capſulæ cor muniat & includat, à corde aliquantulum diſtante, in qua *humorem* quendam natura collocavit, ut eo cor humectaretur: periculum etenim imminebat, ne absque hoc præſidio, ob frequentes ne perpetuos dicam, ipſius motus, qui etiam nobis fiunt invitis cor exſiccaretur, *x* quæ humiditas ſi omnino abſorbeatur, maraſmus, ſin multitudine accreſcat, tremor ſequitur cordis. *y*

Aqua pericardio incluſa.

Aqua pericardii accidentia.

Magnitudinis quantitatem ponderando ſi contemplemur, eam magnificentiſſimus Plaſmator impertiit, quæ corpori locoque ſufficienter & quidem cum admiratione reſponderet: Licet enim multos ſuſtineat motus, vitámque largiatur cæteris partibus omnibus ac ea ratione virtute ſit magnum *z* ne tamen vel nimia magnitudine à circumjacentibus partibus in motu læderetur, vel ex eadem excedente quantitate, nimia ponderoſitate facilè rumperetur, minor à natura eſt attributa, ut quæ ad motum ſit aptior.

Cordis quãtitas.

Variat hæc quantitas etiam ſecundum corporis compagem, quam alii nacti ſunt, parvam,

Cordis quãtitas compagem cor-

poris imitatur. parvam, quali incedebat Agesilaus, Ulysses, Antonius Caracalla, Horatius, Marsil. Ficinus, Jacobus Faber Stapulensis. Magnam; ut Antenor, Agamemnon, Castor, Pollux, Helena, Romulus, Claudius Cæsar, Tiberius Cæsar, Carolus Rex Francorum, propter staturam, etiam à rerum gestarum magnitudine, cognomento dictus Magnus, universa specie augusta. Tamerlanes Scytharum Imperator. *aa* Absonum autem concludere universaliter, ex cordis magnitudine magnanimitatem; Eurialus enim magnus & insipiens prædicatur. Sic & Grus avis magna corde magno timet. Leonem corde grandi rotarum orbes circumacti, cursusque inanes, & gallinaceorum cristæ cantúsque magis terrent, sed maxime ignes. *bb* Sic & Cor magnum proportione, Lepori, Cervo, Muri, Hyænæ, Asino, Pantheræ, Mustelæ & reliquis ferè omnibus quæ aperte timida sunt, aut propter metum malefica.

Ex cordis quantitate non licet judicare vel de magnanimitate vel pusillanimitate simpliciter.

Cordis pyramidalis figura Ignem, cujus focus est, repræsentat.

Præstantiæ porrò magnitudinis ne quid decederet, ac Ignis quia focus, Ignis naturam induens ex basi latiori mucronem in fine æmulans pyramidalem formam Eidem natura impressit

Igni

Igni naturalem *cc* quam Rases pineæ assimilat, cujus caput tornabile quodammodo acutum ad inferiora corporis tendit. *dd* Et hæc de subjecti pulsuũ, cordis scil. descriptione satis.

Megacosmi rimatores in Epyro ferunt, fontem reperiri in quo faces extinguuntur accensæ, & accenduntur extinctæ. *ee* In nostro Microcosmi fonte, modò vitæ facem extingui, modo extinctam accendi compertum habemus, ex primogenia ejusdem structura edocti. Quoties enim maligni crassi vapores atque spiritus in pericardio, aliquando etiam in sinibus cordis conclusi, hominem vitâ privarunt, facesque accensæ extinctæ? Cordis caro quando in ventriculis suis tùm calidiorem hauserit sanguinem, tùm spiritum ferventiorem aluerit, ac moveri cœperit, uti supra ex Galeno demonstratum, annon faces quasi extinctæ accenduntur? quæ Microcosmi mira vel indies infinitorum hominum myriades confirmant & quotidiana pulsus Medica observatio edocet manifestè; Cor enim de statu suo per arterias quas Hippocr. venas nominat cavas *ff* & spiritus penus sunt, commonefacit: Quatuor *Cordis munus.*

tuor namque cordis basin coronant vasa conspicua, duo ad ventriculum dextrum, duo item ad sinistrum tendentia: in dextro est vena cava, venáque arteriosa: in sinistro, arteria aortæ, & arteria venalis; priorum usus is perhibetur, ut sanguinis emissioni serviant; reliquorum ut ad inclusum sanguinem

Cor arteriarum origo.

facta esse videantur. Cum igitur arteriæ omnes à corde originē trahant, gg & à sinistro cordis ventriculo aorta pullulet, (aliarum omnium arteriarum mater) postquam cor ipsum prætergressa est parvam arteriam coronalem

Arteria coronalis cur dicta.

dictam, eò quòd Cor ipsum circumdet, immediatè parit, quæ ejus substantiam vividam reddit, in qua variè disseminatur, Hæc in nonnullis non unica

Aortæ divisio.

sed duæ, ascendens postmodum altius, duos in truncos scinditur, quorum alter major, alter minor existit: Major descendit, ascendit minor: Major autem factus descendēs, quod major corporis pars illi vivificanda erat: Ascen-

Arteria axillaris.

dens à sinistris truncus arteriam emittit, quam axillarem vocant, sinistram, quæ obliquè versus axillam tendit & ad superiores costas arteriarum mittit, & egrediens ad brachium iter tenet per

inter-

internam partem & cum basilica interna jungit se sociam, ramúmque sursum mittit, ramulos autem alios ad omnes ejus musculos qui sunt circa humerum & scapulam, ejus cavitatem nec non ad anteriora thoracis & ad eas glandulas quæ sunt sub ala. Truncus vero axillaris rectà per internam regionem humeri descendit, usque ad cubiti flexuram: & ante quam regionem hanc pertrãseat, arteriolam mittit sociam, quarto nervo brachii ad musculos cubitum extendentes distributam: cum autem flexuram cubiti præteriit, in duas, sæpè in tres arterias secatur: sed prius arteriolam ad eos musculos relegat, quĩ sunt in humero & cubito, & ramus unus penes id ligamentum incedit, quod inter cubitum & radium positum est: & egressus foràs ad externos musculos graditur: quod reliquum est cubiti longitudinem sequitur: postea vero quam sub interno transverso brachialis ligamento præterfluxit, in palma ipsa variis secatur modis & ad extremos usque digitos extenditur: at alter ramus tendit radium versus juxta ejus deductum: & ubi medium cubitum præteriit, assurgit inter musculos,

& ad cutim ſubit per internam partem radii, *atque hic ille eſt ramus cujus motum digitis perſentiſcere Medici ſolent, cum manum in carpo apprehendunt, ut pulſum conſulant*. Hic in aliquibus vario ſitu locatur, & quandóque foràs verſus pollicem fertur. Quod ſi quis Medicus rei Anatomicæ ignarus, hujus pulſum, dum ægrotat, præſertim loco conſueto duntaxat quærat, neque inveniat, næ is hunc morti proximum eſſe, falsò judicabit & prædicet. *hh* Cujus perilluſtre exemplum videre licuit in Illuſtriſſima Heroina Dna. URSULA, ex Palatinorum oriunda domo, Annos poſt pientiſſimi mariti exſpirationem Dn. LUDOVICI, Ducis Wirtembergici, &c. ſanctæ memoriæ quæ vixerat tres & quadraginta viduitatis miſeriis involuta, non in luce modo & oculis civium, ſed intus domíque ſemper pia, cujus aula fortiſſimum præſidium pudoris, à qua omnia injuſta, nefanda, vitioſa, dira, longè migrarunt. Gravibus & diuturnioribus conflictata morbis Patientiæ nomine percelebris, prudentia, conſilio, gravitate, integritate, liberalitate ſpectatiſſima; Humanitate perpolita, quæ vita tali ſanctiſſimè honeſtiſſi-

ſtiſſiméq; acta, in labore corporis confecta, tandem clara morte 5. Martii Anni 1635. hinc diſceſſit ad cœleſtem.

Contemplati hactenus tam ſubjectum nobilitate præſtantiſſimũ, quam organorum totius ſyſtematis humani ſummam & admirandam dignitatem, eorum vero normam atque regulam *natura* talem *ingeneravit ut omnia pulſu & tractu moveantur* ſummo noſtro Philoſopho *ii* affirmatione affirmante, hujus principium idem *animam* eſſe proclamat, *kk* hanc ob caliditatem quibusdam Ζῆν, id eſt *vitam*; propter reſpirationem & refrigerationem Ψυχὴν dictam perhibet. *Anima* porro dicitur, *quia* corpus ex ſe mortuum *animat*. *Spiritus* nominatur *quia ſpirat* in corporibus. *Ratio* vero *quia verum à falſo* tanquam radius quidam divinitatis *diſcernit*. *Mens quia præterita* cogitat, recolit & *meminit*. *Animus quia animos* inerti *præbet* corporeæ moli. *Senſus* denique & Intellectus *quia ſenſibilia* & intelligibilia *comprehendit*. *ll*

Motus principium anima.

Animæ nomina.

Eandem Galenus *mm* Temperamentum ſeu qualitatum *humiditatis*, ſiccitatis, frigiditatis, *caliditatis*, ſeu corporum humidi, calidi, frigidi & ſicci, dixerat;

De Anima variæ opiniones.

Galeni error.

xerat; Cui errori ſubſcripſerant quoque Carpocrates, Epiphanes, Prodicus & Cajani atque Antitactæ. Cum Clenorcho Dinorchus Animam eſſe harmoniam prædicabat, non quidem ſonorum ſed contrariarum qualitatum in unam temperiem coeuntium, voluerunt. Et Ariſtoxenes Muſicus ab arte ſua non recedens, opinatus, Animam, ſimili ratione conſtare in homine, qua concors modulatio conſtat in cantu & fidibus, ita nimirum ut ſicut nervi benè intenti concentum efficiunt; Sic partium corporis firma conjunctio membrorúmque omnium conſentiens in unum vigor animales motus faciat. Democritus Animam dixit eſſe *Ignem* & calorem. Pythagoræi eſſe in aëre ramenta. Quidam Animam eſſe *numerum* moventem ſeipſum. Thales *Magnetem* vocavit, quoniam ferrum movet: Diogenes cum Anaxagora *Aërem*: Heraclitus *vaporem*. Quidam & *Aquam* exiſtimaverunt: *nn* Empedocles *ſanguinem*: Critias ex ſanguine & humore compoſitam ſtatuerunt: *oo* Hermes Triſmegiſtus *Quintam Eſſentiam* ſoli homini conceſſam *ex æthere*, Animam proclamat inquiẽs: Magnum mira-

miraculum eſt homo, animal adorandum & honorandum. Hoc enim in naturam DEI tranſit, quaſi ipſe ſit DEUS. Hoc humanæ naturæ partem in ſe ipſo deſpicit, alterius partis divinitate confiſum. Sic ergo feliciore loco medieta- "
tis eſt poſitus, ut quæ infra ſe ſunt dili- "
gat, ipſe à ſuperioribus diligatur, colit "
terram, Elementis velocitate miſcetur, "
acumine mentis in maris profunda de- "
ſcendit, omnia illi licent, non cœlum "
illi videtur altiſſimum, quaſi enim è "
proximo ſagacitate animi metitur. In- "
tentionem animi ejus nulla aëris cali- "
go confundit, non denſitas terræ ope- "
ram ejus impedit, non aquæ altitudo "
profunda deſpectum ejus obtundit, o- "
mnia idem eſt, & ubique idem eſt. *Anima mundi* inquieta ſemper agitatione nutritur. Corpora ex aqua & terra inferioris mundi alimentis augeſcunt. Spiritus quoque ſunt plena omnia, permixtus cunctis, cuncta vivificat *ſenſu addito ad hominis intelligentiam quæ Quinta pars SOLI HOMINI conceſſa eſt ex æthere.* pp Cui adſtipulatur Ariſtoteles teſte Divo Auguſtino. *qq*

Anima mundi ἔργον.

Stoici cum Sadducæis corporeum ſtatuerunt humanum animum. Carpo-

Stoicorum error.

crates item Cerdo, cum Gnosticis, Manichæis, & Priscillianistis, in eandem inciderant impietatem, item Plutarchus, ut crederent *rr* animam hominis Dei substantia prognatam, *ff* sanctis referentibus Patribus. Desuper ex Angelorum choro ferri vult Animam, Galenus *tt* inquiens: Anima autem ab universis animis & cœlesti choro delapsa, scientiam suscipit, semper vero viam, quæ ad simile ducit, sequens, terram quidem superat: ab erroribus aquæ sese avertit: transcendit aërem: fit igne superior: & cœlestem divinitatem attingit; sæpéque transcœlestem locum intuetur: rerum omnium domino assistit: superas res circumlabitur: sæpe occurrit iis, quibuscum commune genus habet: novit unde est, quamvis in corpore sit: ipsúmque rerum patrem universis rebus inesse, his in quibus ab illo locata est. Hæc Ethnicè.

Nos Christiani meliora edocti, Animam dicimus spiritum immortalem divinitus humano generi inditum xx ut non solum divinam imaginem repræsentet, eandem diligenter ponderando, vitæ innocentiâ pro viribus, exhilaret, sanctisque choris conformet, ut post resurrectionem cum omnibus Electis & Ange-

Angelicis Spiritibus SS. Triadem adorando collaudet: juxta illud Pſalmiſtæ mandatum: Pſallite DEO noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite. *uu* Quoniam Rex omnis terræ DEUS: pſallite ſapienter.

Non minus in Labyrinthi perplexitates innumerabiles labuntur Viri Philoſophorum & Theologorum inſignes cum Medicorum cœtu non ignobili, de animæ rationalis tum modo, tum tempore, tum loco inſertionis, quando anxii ſunt & quærunt.

Opiniones de inſertionis animæ modo.

Ariſtoteles *xx* animam, quam mentem vocat, ſolam extrinſecus accedere, eamque divinam eſſe docet, cui ſuffragantur: Schegkius, *yy* Carol. Franciſc. D. Abra de Raconis, *zz* Hermannus Vultejus, Rodericus à Caſtro, Fernelius, Ambroſius Pareus, Theophraſtus Paracelſus, Clemens Timplerus, Timotheus Brigthus Cantabrigienſis, Med. D. de traduce.

Sacrarum autem literarum ductu Noſtratum Theologorum chorus, animam ex traduce propagari demõſtrat: *Gen.* 1. *v.* 28. *Gen.* 5. *v.* 3. *Pſal.* 51. *v.* 7. *Iob.* 31. *v.* 15. *Eſa.* 44. *v.* 24. *Ier.* 1. *v.* 4. *Zach.* 12. *v.* 1. *Act.* 17. *v.* 25. *aaa* Ægid. Hun-

nius, Rev. Dn. Parens, p.m. Caſpar Peucerus, Ludov. Hawenreutterus. Rodolphus Goclenius dubius hæſitat forſan D. Auguſtini motus authoritate qui *l.* 1. *c.* 15. de anima & ejus origine ad Renatum inquit: Dico ego etiam de anima mea, Neſcio quomodo venerit in corpus meum neque enim ego mihi illam donavi, ſcit ille qui donavit, utrum illam de patre meo traxerit, an ſicut primo homini novam creaverit. Item in *l.*1. *retract.c.*1. Quod attinet ad animæ originem, utrum de uno illo ſit, qui primum creatus eſt, quando factus eſt homo in animam viventem, an ſemper ita fiant, ſingulis ſingulæ neque tunc ſciebam neque adhuc ſcio. Et *bbb* Galenus ex Platonis Timæo ſic refert: De anima igitur quam partem mortalem, quam divinam ſortita ſit & ubi & quibuſcum & quomodo ſeparatim cōdita fuerit, ſi Deus aliquis comprobaret una hac demum ratione certum aliquid poſſemus cōfirmare. Quod vero à me illud quod *veriſimile* videtur, dictum fuerit & nunc & poſtea, majori etiam adhibita conſideratione aſſerere non dubitamus. Platonem igitur eatenus de anima locutum fuiſſe, quatenus

proba-

probabili verisimilique conjectura assequi potuit, ex his facilè cognoscere possumus. *Quocirca etiam Ego* (Galenus) *temere de his pronunciare non audebo.* Atq; ita in præsentia de modo insertionis animæ sit dictum. *Modestia Galeni.*

Eorum qui animam infundi contendunt, cohors, simul atque perfectum corpus fuerit, & in utero membrorum distinctionem & conformationem adeptum, quod maribus ferè ab insito & informante calore vegetiore, contingit die 40. fæmellis vero 45. alias citiùs alias tardiùs, pro agentis efficacia, & materiæ subjectæ obedientia tradit animam infundi. Sic enim ccc Cælius Rhodiginus: Quærat solertior aliquis, quando nam affundi animam corpori censeamus? posteaquam semen intra formandi hominis monetam locatum, quod à toto viri corpore, ut scientissimis ex Platonicorum schola placere animadverto, defluxerat traxeratque secum à viri anima, formatricem vim ejus potentia, diebus ferè quinque & quadraginta. D. Augustinus diebus 47. Sic enim ad *Eremit. Serm.* 25. in jejunio commendando de Animæ insertione declamat: Sed mox *Opiniones de tempore Infusionis.*

mihi fratres dicetis cur Festum Nativitatis Sancti Joannis celebramus. Nunquid in peccato conceptus est? & ideo attendite quod prius seminatur homo, postea concipitur in vulva: & ibi caro formatur. Deinde post dies 47. creatur Anima & corpori infunditur, secundum Sanctum Patrem & Martyrem Cyprianum, cui in omnibus compellor credere, quia per Spiritum Sanctum optimè locutus est. Hæc ibi: quæ Rhodiginus uberius explicans, ait: sic est affectum ut sex primis diebus lac evaserit folliculo genitivo circumjecto ex membrana tam tenui, qualis in ovo ab exteriore clauditur testa; Novem sequentibus sanguis: Duodecim aliis caro; Decem & octo reliquis fuerit figuratum, *tunc anima creatur & infunditur*. Cui sententiæ subscripserunt Heinricus Bullingerus, Petrus Martyr, Andreas Hyperius, Theodorus Beza, nec non & Rodericus à Castro. Horum in animos dictam opinionẽ illapsam *ddd* Forestus sic delet: *Animæ creatio quidem à Deo est: sed quo tempore corpori infundatur, furor est ac stultitia id inquirere, tum quomodo in corpus descendant animæ, & qua parte cœli descendant; ac denique in*

Cœlii Rhodigini sententia de tempore infusionis animæ.

iis quæ cum invisibilia atq; materiæ prorsus immunia sint, nullo situ clauduntur, inquirere situm est vesanum.

Locum animæ (quæ licet suis facultatibus per universum corpus sentiatur) præcipuum tamen ut ex superioribus liquet *Cor* Philosophi cum Medicis decreverunt, & adornarunt, ac quidem *eee* Cous ille Senex Mentem humanam in sinistro ventriculo locavit, sic à natura insitam tanquam reliquæ animæ imperatricem: Hinc Arnoldus Villanovanus *Cor nominat vitæ principiũ, Animæ sedem, omnium virtutum arcam & Spiritus generatorem unde continuo motu est palpitans, qui motus fit agitatione spirituum,* quos sequens Paraphrasis explicabit dilucidius.

Sedes Animæ Cor.

Hippocrates Animæ sinistrum Cordis ventriculum adornat.

a *Galen. de usu part. l. 6. c. 7. Hippocr. sect. 3. l. de Cord. Avicen. Fen. 1. prim. Doctr. 3. c. 1. Vid. Vidius de Cur. membr. l. 7. c. 1. Arcul. in 9. Almans. c. 37. Roder. à Castro, l. 3. de natur. mul. c. 17. Pareus l. 3. c. 11. Trincavell. Consil. l. 2. cons. 11.* b *Arnold. Villanovanus de divers. intent. Medic. tract. 2. c. 1. Aristot. l. 3. de part. animalium c. 3. Arcul. in 9. Almans. d. pass. cord. c. 73.* c *Galen. de format. fœtus Tom. 1. p. 1156.* d *Pareus de hominis gener, l. 22. c. 9. Fernel. l. 7. Physiol.*

siol.c.9. Vid.Vidius de Tuend.Valet. l.17.c. 7. e *Fernel.de hom.procreat.l.7.c.9.Vid.Vidius de Tuend.sanit. l.13. c.7. Hippocr. de morb.vulg. l.2.sect.5.* f *Hippocr. de oss.natur.sect.3.p.58.* g *Galen.de fœt.form.Tom.1.p.1159.* h *Galen.in comment.Aphor.27. l.6.& 4.aphor.65. Hippocr.sect.3.lib.deCorde.* i *Theophr. Paracels. de gener. caduc. Tom.1.p.676.* k *Victor. Trincavell. Epist. med.20.* l *Claud.Deodatus panth. Hygiast. l.3.c.19.* m *Hippocr.sect.3. de cord.* n *Gal. de mot.muscul.l.1.p.1106.* o *Gal.de us.part. l.6.c.2.* p *Gal.de us part.l.6.c.7.Pareus l.3. c.11. Avicenn.Fen.11.Tert. tract.1.c.1.* q *Galen. de us.part. l.6. c.7. de anatom. administr.l.7.p.329.* r *Hippocr.sect.3. lib. de cord. Realdus Columb.l.7. Vid.Vidius Anat.l.6.c.5. Fernel.Physiol.c.1.c.8.* s *Pareus Anat.l.6.c.51.* t *Arnold. Villanovanus in spec.introd.medic. c.12. Nicol.Taurellus in Comment.ibid.* u *Galen. de dissect.ven.art. Tom.1.p.183. de anatom.admin.l.5.p.306. & l.7.p.329.* x *Pareus anat.l.3. c.10. Fernel.Physiol.l.1.c.8. Vid.Vidius de anat.l.6. c.5. Reald.Columb.l.7.* y *Arcul.in 9.Almans.de pass.cord. c.73. Forest.sect.3.obs.1. p.95. Fernel.Pathol.l.5.c.12. Galen.d.loc. affect.l.5.Tom.4.p.110.* z *Avicenn. Fen. 11.Tert. tract.1.c.1.* aa *Ioan.Bapt.Porta de*

de Human.Physiogn.l.2.c.56. bb *Plin.l.8.c.16. Arist. de part.animal. l.3.c.4.* cc *Isidor.Hispal. Etymol. l.3.c.1.* dd *Rases tract. 1.c.14 Petr. Paulus Simoneta Compend. Med.l.1.c.9. Avicenn.Fen.11.Tert.tract. 1.c.1.* ee *Isidor. l.13.c.13. Ptolom. de loc. & mirabil.mund. c.26.* ff *Hippocr.de carn. 53.p.31.* gg *Vid.Vidius de anat.l.3.c.14. Galen. de Hippocr. & Platon. decret. l.6.p. 942. Tom.1. Hippocr. de oss.nat.53.p.56. Item lib. de aliment.sect.4.p.51. Mundinus de anat. Cord. c.30.* hh *Hippocr.l.de carn. sect. 3.p.30. Galen. de anat.administr.l.3. Ambr.Pareus anat. l.3.c.15. Fernel. Physiol. l.1.c.12.* ii *Aristot.de anim. l.3. c.10.* kk *Idem l.1.de part.anim.c.1.* ll *Idem l.1. de anim. c.2.* mm *Galen. l.quod animi mores temper.sequantur c.3.* nn *Arist. l.1. de anim.c.2.* oo *Colleg.Conimbr.Comment.in l.2. de anim.c.1.quæst.1. art.6.* pp *Herm. Trismegistus de natur. Deor. ad Asclepium ad locuta Appulejo Platon.interpr.opera Geverhardi Elmenhorstii p.79.* qq *August. l.22.de Civit. Dei, c.11.* rr *Plutarch. de quæst. platon.* ss *Irenæus l.1. advers. hæret. c.24. D.August. l.de hæres.cap.46.& 70. Hieron. in Epist.ad Marcell. Chrysost. Homil.13.c.2.Gen. Athanas.in lib.de quæst.c. de anim.* tt *Galen. in lib.an animal sit quod*

in utero est. Tom. 1. *pag.* 1175. uu *Psal.* 47.*v.*7. xx *Aristot.l.*2.*de gener.animal.c.* 3. yy *Schegkius l.*3.*de plastic.semin.facult.* zz *Carol.Francisc.de Abra de Raconis disp. de anim.rat.sect.*2.*quæst.*1. *Herman.Vultejus de perfect. hominis philosophic. Roder. à Castro de nat.mulier.l.*3.*c.*18.*Fernel.de abdit.rer.caus.l.*1.*c.*10.*Ambr.Pareus l.*22.*de hominis generat.c.*11. *Theophr.Paracels.l. de gener.hominis tract.*3.*c.*4.*Timpler.Metaphys.l.*4.*c.*5.*q.*7.*p.*483. *Timoth.Brigthus Cantabrigiensis Med. D. de traduce.* aaa *Ægid. Hunnius in Explan. an etiamnum per inspirationem hominibus infundantur illorum animæ. Matthias Haffenreff. R. D. Parens, p.m. Loc.Theol. l.*3. *loc.*2.*de anim. human.propagat. Casp. Peucerus de Essent. natur. & ort. anim. hominis. Ludov. Hawenreutterus lib. Sitne animus nobis ingeneratus à Deo nec ne? Rodolph.Goclenius de ort.anim.* bbb *Galen.de Hippocr. & Platon. decret.l.*9.*circa finem.* ccc *Cœlius Rhodiginus l.*8.*lect.antiq. c.*44. *Bullingerus Dec.* 4.*serm.loc. Petr.Martyr.Comment. in c.*5. *Epist. ad Roman. Andreas Hyperius Meth. Theol.c.*2.*tit.de anim. Theod.Beza in libr. quæst.& respons.Christ. Roder. à Castro l.*3. *de nat.mul.c.*18. ddd *Forest.l.*28.*de morb. mul.obs.*59. eee *Hippocr. l.de Cord.sect.*3. *Arnold.Villanovan.l.de simplic.c.*50.

Παράφρασις III.

De Definitione Pulsus ejusdemque cum Musica Analogia.

REi quidditatem cum Philosophi omnes ex genuina definitione hauriant, maximè de illa solent esse anxii, quæ tales in quibus si quicquam Essentiæ omissum fuerit, adumbrationes potius, quam definitiones rerum dicuntur, *a* quæ omni debent carere ambiguitate. *b* Hâc Aristotelicâ normâ transgressa in varias inciderunt plicas pulsus descriptores, quos Galenus *c* recitat: verum Heraclides Tarentinus, Alexander Philaletus, Demosthenes Philaletus, Bachius, Aristoxenus, Herophilus, Zeno, Chrysermus Heraclides, Erythræus, Agathinus Magnus, Atheneus, Asclepiades, Moschion, Erasistratus, qui pulsum dixit motum esse arteriarum per distentionem & contractionem, quem facultas efficit vitalis & animalis, ad implendas arterias spiritum continentes vitalem. Galenus vero actionem esse pulsum peculiarem præcipuè cordis, deinde arteriarum, quæ distentione & contractione moventur, à facultate vitali quò caloris

Definitio Rei Essentiam declarat.

loris nativi mediocritas retineatur, generetur autem in cerebro ſpiritus animalis. Syſtolen & Diaſtolen Ariſtoteles *d* Reſilitionem & pulſationem vocans inquit: Reſilitio eſt facta obviatio ad frigidi compulſionem. Pulſatio autem humidi calefacti inflatio. Ex quibus patet, quod *Pulſus ſit functio cordis & arteriarum, quæ cordi continuantur, compoſita ex ſyſtole & diaſtole, cum utriusque intermedia quiete, orta à facultate pulſifica cordis, ut ſpiritus vitalis generetur & diſtribuatur, & calor nativus in ſua temperie conſervetur.* Vel *Pulſus eſt verax eorum nuncius quæ in profundo deliteſcunt, & vates obſcurorum & incertorum index motu concinno ac Muſica percuſſione diſpoſitionem pronuncians inviſibilem.* Facultas autem pulſifica illa, comprehendit ſub ſe vim attractricem, qua cor dilatatur & impletur, dum per fibras rectas attrahit. Deinde Expultricem, quâ dum contrahitur per fibras tranſverſas à ſe expellit; unde pulſus quoque componitur ex motu contractionis & dilatationis, ſive ex Syſtole & Diaſtole, cum utriusque intermedia quiete qualis inter contrarios motus intervenire ſolet, primum cordis deinde arteriarum quæ cordi

Fibrarum cordis munera.

cordi continuantur. Per diaſtolen autem cor impletur, dum ſanguinem ex vena cava in dextrum ventriculum attrahit, & aërem ex pulmonibus per arteriam venalem in ſiniſtrum ſinum deducit, *ut ſpiritus vitalis generetur & calor nativus eventiletur*: per motum contractionis ſive ſyſtolen, ex ſiniſtro ſuo ſinu cor per arteriam magnam *ſpiritum elaboratum in totum corpus transmittit, ſimulque fuliginoſas exſpirationes aëremque calidum ad pulmones per arteriam venalem expellit*. Similiter ipſæ arteriæ per orificia quæ in cute finiuntur, motu illo dilatationis ex ambiente aëre aliquid attrahunt, & viciſſim motu contractionis fuliginoſa excrementa expellunt, quæ actio διαπνοὴ vocatur & reſpirationi correſpondet, cujus ratione totum corpus teſte Hippocr. *e* confluxile & conſpirabile redditur: vel ut cum Hippocrate ipſo loquamur, eſt confluxio una, conſpiratio una, conſentientia omnia, cujus luculentiſſimo eſt teſtimonio perelegans *Pulſus arterialis* cum *Muſica, Geometria, & Arithmetica* conſpiratio & analogia, quam ſequens perluſtratio luculentius demonſtrat.

Quid per Diaſtolen cor expediat

Syſtoles commodum.

Sicut enim vox ſono Inſtrumento-

rum musicalium correspondens est tenuissimus ictus plectro linguæ formatus, *f* vel uti vox musicalis est syllaba: qua clavium tenor exprimitur; *g* Sic pulsus arteriæ in carpo ictu suo cordisque viriúmque vitæque tenorem declarat & manifestat. Aspectabiles enim illi temporum pulsus, extraordinario motu, propter compressionem fiunt, ut & omnis phlegmone ob jam dictam compressionē pulsum aspectabilem & tractabilem habet perpetuo comitem. Huic Tenori Musico subfulciendo artifices ad sonum verius exprimendum ex 4. 5. vel pluribus lineis cum suis interjectis spatiis composuerunt *Systema* vocatum, in quo voces tanquam in scala vel ascendendo vel descendendo vel extolluntur vel deprimuntur, clavis quin etiam iisdem lineis assignata, de cantus natura, quæ triplex, Dura, Naturalis & Mollis esse perhibetur, cantaturum reddit certiorem. Vitæ clavem indagaturi, quando per 4. digitos arteriæ, juxta carpum Systema pulsus ingredimur, tum lineas suo ictu per diastolen, tum spatia per systolen facilè deprehendemus, sive motum & quietem sensibiliter percipiemus. Reliquas natu-

Per pulsus vocabulum non intelligitur pulsus temporum.

Quid sit Systema Musicum.

Cantus natura triplex

Systema pulsus.

† Pag. 37






naturas Tactus ἀκρίβεια dijudicabit in modum præſentis ſchematis. †

Manum porrò antequam dimoveamus, prius ſagaciori mente Numerus venit ponderandus. Ictum enim arteriæ, ſoni vices agere, ſuperiùs paulò indicatum. Omnis autem ſonus eſt continuus & diſcretus maxime ſeu numero explanabilis & vocatur commodiſſimè Μονάς Muſica, quæ radix omnis numeri, ex cujus additione oritur binarius o--o qui eſt primus numerus: Ternarius △ qui eſt primus numerus figuratus, per quem Cabaliſtæ Sacroſanctam Trinitatem ſic deſcribunt יָיי per tres י, tres divinas hypoſtaſes, indigitantes, per unicam Camez tribus Jod ſuppoſitam, Divinam Naturam, quæ unicuique hypoſtaſi, tota impartibiliter communicatur, depingentes, quod grande Myſterium hoc Diagrammate redditur dilucidius.

Ternarii Numeri myſterium.



Eſt autem יָה unum ex decem Nominibus Dei, quod Dominum ſignificat, & ut quibusdam placet, eſt abbreviatum pro יְהוָה Et ab eſſendo nomē habet, quod ſemper fuit, Eſt & Erit, omnibusq; creaturis tribuit ſuum eſſe: Hinc nonnullis videtur compoſitum Jupiter, quaſi dictum *Iah Pater*. Inde affirmatio germanica Ja/i.e. bey Gott. teſte *Avenar. in Diction. Hebr.*


Quaternarii Numeri arcana.

Nomen porrò divinū τετραγράμματον יְהוָה, quæ complectatur arcana, cōſulendi Cabaliſtæ præſertim Reuchlinus *h* habetur alioquin *quaternarius*; pro primo quadrato, *quinarius*; Centralis

†† pag 39.

A
D
F
st
P
O
M
T
Ta
m
Cap
Fe
M
Dies
Sep
No
Sol

G
in
p
ca



Eſt autem יָהּ unum ex decem Nominibus Dei, quod Dominum ſignificat, & ut quibusdam placet, eſt abbreviatum pro יְהוָֹה Et ab eſſendo nomẽ habet, quod ſemper fuit, Eſt & Erit, omnibusq; creaturis tribuit ſuum eſſe: Hinc nonnullis videtur compoſitum Jupiter, quaſi dictum *Iah Pater*. Inde affirmatio germanica Ja/i.e. bey Gott. teſte *Avenar. in Diction. Hebr.*

Quaternarii Numeri arcana.

Nomen porrò divinũ τετραγράμματον יְהוָֹה, quæ complectatur arcana, cõſulendi Cabaliſtæ præſertim Reuchlinus *h* habetur alioquin *quaternarius*; pro primo quadrato, *quinarius*; Centralis

†† pag 39.



Seraph.
Ignis
Calid. Sicc.
Cholera.
Cor.
Ægias
Meridies.
Auster Euroau,
ster Euronotus
Plenilunium
Quadrans 2.
Meridi ab 11 ad 1
Trigonus Igneus
Tempus pluriosum
minus
Capud Stomachus
Femora.
Martius.
Dies Horar. 12
Septemb.
Nox h. 12
Sol. Mars.
Aurum Ferrum.
Urina rubea et
tenuis.
Pulsus magnus
Velox.
Infirmus minus
dolet.
Color citrinus
Constans seu Vi
rilis ætas tertia
ab anno 28 ad
49.
Salamandra.
Cherub
Aër.
Calid. Humid
Sanguis.
Hepar.
Ver.
Ortus.
Subsolanus. Vul,
turnus & Eurus
Novilunium.
Quadrans 1. à
5. matut. ad 11 mer.
Trigonus Aëreus
Tempus pluviosum
magis.
Brachium, Umbi
licus, Caura
Maius.
Dies Horar. 15.
Novemb.
Nox h. 15.
Iupiter Stannum
Urina rubea et
Spissa
Aprilis.
Dies Hor. 13
Octob. Nox h. 13
Pulsus Saltans &
Velox.
Infirmus maximè
dolet.
Color rubeus, cæ,
ruleus
Infantia à nati,
vitate ad 7 annum
7 Et pueritia
ab anno 7 ad 14
Gamalion.
Tharsis
Aqua
Frigid Humid
Phlegma.
Cerebrum
Autumnus
Occidens.
Favonius, Corus
Africus.
Quadrans 3 no
ctis à 7 Vesper.
ad 5 matut.
Trigonus Aqueus
Iunius
Dies Hor. 15.
Decemb.
Nox Hor. 15.
Clarum tempus
est mediocriter.
Pectus, Verecun,
da, pedes.
Venus. Luna.
cuprum. Argen,
tum.
Urina alba et
tenuis
Pulsus, debilis
tardus.
Infirmus maxi,
me dolet
Color albus,
Iuventus 2 ætas
ab anno 14 ad 21
Halec
Ariel
Terra
Frigid Sicc
Melancolia
Lien
Hyems
Septentrio
Boreas, Circius
Aquilo
Februarius.
Dies Hor. 10
Augustus.
Nox Hor. 10
Quadrans 4 à
1 ad 7 post. mer.
Trigonus Terreus
Tempus Clarum
magis
Collum intestina
genua
Saturnus Mercurius
Plumbum argent. vivu.
Ianuarius.
Dies Hor 9
Iulius.
Nox Hor. 9
Urina alba et
Spissa
pulsus debilis,
tardus.
In crepusculo mul
tum dolet
Color Cineritius
Et niger.
Senectus ætas
4 ab anno 49
ad 70.
Talpa
Cheiromantia Euclidea
Manus
Index
Diastole Seu elevatio, distentio sive extensio
Sistole Seu depressio Contractio quies
Medius
Annularis
Minimus

Q

rii

are a,

n-

s;

Centra-

lis

lis dicitur primus, *ſenarius* perfectus & mundanus; *Septenarius* primus virgineus & ſacer, quietarius, *octonarius* primus cubicus, *Novenarius* primus & proximus ultimo, alter ex trigono quadratus; *Denarius* primus circularis: quorum Numerorum quoad Monochordon proportionem & pulſus ictum correſpondentem tanquam vitæ Melodiam cantantem 4. tangentes digiti manifeſtabunt.

Sunt autem Melodiæ Cardinales & Radicales 4. Duæ extremæ, Graviſſima Baſſus, Acutiſſima Diſcantus: & duæ intermediæ una vicinior Baſſo; Tenor: altera Diſcanto; Altus, juxta διάθεσιν 4. Elementorum Ignis, Aëris, Aquæ, Terræ; Quorum contenta hieroglyphyca manus יאת abunde oſtendit volâ Geometricas Aſtronomicasque rationes comprehendente ac in centro cauſam moventem demonſtrante, qua tota manus gubernatur. ††

Eſt autem Baſſus ſonus uniſonus, Gravis, principium & Radix omnium intervallorum Muſicorum & conſtat proportione æquali talis quæ eſt Radicaliter inter 1 & 1 ut in Monochordo:



In Syſtemate Muſico.



Ex pulſuum genere correſpondet huic *Naturalis* & *Moderatus*. Juxta Muſicorum διαςήματα αἱ διὰ πασῶν, ſcilicet uniſonus compoſitus & octava vulgariter dicta, quæ eſt proportionis duplæ inter 2. & 1. ubi unus ſonus ut major & gravior, continet alterum ut minorem & acutiorem bis in ſeſe, quemadmodum in ſuperiori Diagrammate liquet, vel ſic forſan melius:




Succedit huic à Muſicis dicta Διαπέντε, quæ eſt proportionis ſesqui alterius inter 2. & 3. in Monochordo ſic demonſtrata:

Huic



Huic in pulſu non abſimilis ille, qui ſentiri ſolet in febribus diariis, de quibus infra paraphraſ. 5. Deo dante pluribus. Et hic parum à naturali eſt differens, videlicet ea proportione celeritatis, qua ſoni acuitas inter 2. & 3. proportionaliter in Monochordo demonſtrata.

Accreſcente autem ſono, emergit & quarta proportio inter 3. & 4. Muſicis ἡ διὰ τεσσάρων nuncupata, quæ in Monochordo talis exhibetur:



In pulſibus reſpondet maximè febrilis, qui à naturali recedit ea proportione, qua ſonus Muſicalis ab octava διὰ τεσσάρων modo deſcripta.

Duas extremas ſuperius memoravimus melodias & duas intermedias, quę

modo depictæ: restat alia Extrema, sed διτον@, quæ est proportio Major sesquiquartæ inter 5. & 4. in Monochordo talis:



Inflammationum pulsus eandem proportionem respectu naturalis supra delineati repræsentabit, in Musicis vero Discantum, alteram extremam melodiam, Quatuor Elementis ἀκριβῶς correspondentem, ex quorum mistione Quatuor complexiones, Quatuor ætates, Quatuor anni tempora hanc vel illam intonant melodiam sive tactus feriunt sensum.

Exilis enim ex paucitate spiritus & virtutis pulsificæ διαπασῶν seu Bassum facile exprimit, nec non & frigiditatem terræ sensibiliter refert. Econtra, maximus, celerrimus, creberrimus calor si summè increverit, oritur, unde Ditono seu discanto haud absimilis *Ignem* æmulatur; tunc ambit *Aër*, qui sanguini correspondens pulsum generat in vehementia & magnitudine mediocrem,


diocrem, proportioni diapente coæqualem, ſeu *Altum* referentem. Tenorem vel διατεσσάρων, undoſus ex humorum ſeu *Aquæ* cumulo nomen ſortitus, exactè deſcribet.

Recenſitos ſonorum modos ex linearum ſyſtemate notari meminimus ſupra, pariter & intervalla ibidem licet obſervare, quæ διαγραφὴ illa muſicalis, qua à prima uſque ad octavam per omnes alias ſpecies incluſivè aſcendimus, repræſentat.

Arteriarum Syſtema diligenter examinans juxta Regulam ſupra depictam quandoque intervallum ſentiet inter indicem digitum & annularem; vel inter medium & auricularem ſive minimum, quam intervallorum analogiam ipſa experientia & præſens comprobat pictura:



Vel ſic



Porrò ſonus cum nec chartæ inſcri-

bi, nec mente tantum & semper servari ab homine queat, ut talis & tantus, indiget quibus eidem representetur *Signis*: quæ sunt vel nota, vel pausa; illa signat soni præsentis & positivi moram, secundum quam vox & sonus in cantu formantur, quarum simplicium notarum Musici numerant octo, veluti ex libris Musicis notum est, ut *Maximam, Longam, Brevem, Sem. Minim. Sem. Fusam, Semifusam.* Et harum 1. valet 8. tactibus, 2. tact. 4. 3. duobus, 4. uno, 5. dimidio, 6. $\frac{1}{4}$. Septima $\frac{1}{8}$. Octava $\frac{1}{16}$. tactus. Hisce pausas quoque signant ejusdem valoris, juxta communem Musicorum delineationem.

Quæ ad arteriarũ tactum si conferantur, pro innata natura superius in definitione descripta, ipsa quies pausã graphicè repræsentabit, ut & pulsus Notã seu characterem suæ causæ revelabit, de quibus seq. Paraphrasis pluribus. Nec absimiles sunt ejusmodi pausæ syncopationi musicorum ita ut semper nota minor, reducatur ad æqualẽ pausam, cui connumeratur. Minima enim nota ultra pausam brevem: similiter & semibrevis ultra pausam brevem raro, nunquam ultra pausam Longę transfertur;

tur; Sic & quies respondeat necesse est ictus justo tempori, hoc non observato, jam à naturali declinare judicio est.

Dividunt insuper Musici notas in simplices & Ligatas: has accuratus pulsuum observator quandóque Ligari quoque in pulsu dicto Myuro, deficiente, nec non & Vermiculante quorum delineationes infra.

Hæc tempora observantes Medici pariter cum Musicis suos tonos in authenticos & plagales cum Numero pari vel impari pulsus suos in Eurythmos & Arythmos divisêre. Rhythmi nomine Musicus Tonus si intelligatur, sicut enim Tonus est certa Regula, secundum quam cursus & Melodia cujuslibet concentus in Principio, Medio & Fine formatur: Sic in pulsu comparato ictus tempore cum tempore quietis gignitur rhythmus, quæ proportio temporis est ictus ad tempus quietis; & hæc est modulus secũdum quem reliqui vel Arythmi vel Enrythmi, vel Eurythmi, pararythmi, heterorythmi, Ecrythmi, mensurantur & nuncupantur. Observata quin etiam utrinque in illis rythmis sc. pari, in hisce arythmis, impari proportione. Id quod modo certis modo

do incertis fit exceſſibus. Certis bifariam aut triplici proportione aut ut numeri ad numerũ qui ἐπιμόριος quaſi ſuperpartialis appellatur. Et proportione vel dupla, tripla, vel quadrupla vel aliqua inſequentium: ut Numeri ad numerum; cum quot eſt diſtenſio temporum, totidem contractio ſit quinque vel ſeptem vel novem vel undecim. Incertis in univerſum tripliciter. Nam aut diſtentionis eſt tempus incertum, aut contractionis aut utrumque. Sigillatim quodque horum interdum paululum amplificata habet incerta tempora, ſive plura ſint ſive unum primũ: interdum plus: eſt cum plurimum. Atque tempus primum planum eſt, non natura ipſa eſſe, ſed ſenſu accipiẽdum, quod ex Muſicorum diagrammate, liquidum ſit. Nam dupla talis deſcribitur

Contractio Syſtole	2.	4	6	8	10	12.
Dilatatio Diaſtole	1.	2	3	4	5	6.

Tripla

Syſtole	3	6	9	12.
Diaſtole	1	2	3	4.

Quadrupla

Syſtole	4	8	12	16.
Diaſtole	1	2	3	4.

Rythmus igitur Medicus, genuinus

&

& planè naturalis eſt, ubi tempus & diſtentionis & contractionis eſt æquale hoc modo:

Syſtole 1 2 3 4 5 6.
Diaſtole 1 2 3 4 5 6.

Quodcunque horum temporum à norma hac deſcripta ſeceſſerit, proportionum aliquam ſuperiorem deſcribet.

Tonorum modos principales numerant Muſici plerunque duodecim, quorum

	ab antiquis dictus eſt	qui Melodiam habet
1	Dorius	Hilarem.
2	Hypodorius	Mœſtam.
3	Phrygius	Auſteram.
4	Hypophrygius	Blandam.
5	Lydius	Aſperam.
6	Hypolydius	Lenem.
7	Myxolydius	Indignantem.
8	Hypomyxolydius	Placabilem.
9	Æolius	Suavem.
10	Hypoæolius	Triſtem.
11	Jonicus	Jucundam.
12	Hypojonicus	Flebilem.

Animi pathemata quantum pulſus immutent, tàm Eraſiſtratus quam Galenus teſtantur: Ille namque Juvenis *amatoriè* pulſantem pulſum variis modis ſubſultantem: Hic & ſervi Atrienſis *mœſtitia* affecti, ex eo quia rationem pe-

cunia-

pecuniarum, quas administraverat, redditurus, summæque non parum deesse sciret, præ mœrore qui vigilabat, animúmque despondens tabescebat, primò pulsum sentiebat parvum languidum, tardum & rarum, sed postmodum falsò persuasus pulsum pristinum animadvertebat. *k* *Iratis* licet sint corpore optimè comparato, fit pulsus altus. Distentionis enim summum excessum ne is quidem ferat habitus, sed jam ex imo premitur & ex obliquo arteria. Sola ergo pars illius ea, quæ in strata sola cute est, omnem calorem excipit. Ubi vero in aliis omnibus impedita distentio sit, pars autem ejus duntaxat superna servetur soluta & libera, non poterit illius motus non præstare cæteris, quod erit nihil ac altus pulsus. *l* Lætitiæ pulsus magnus, rarus & tardus exhibetur. Lætis enim diffunditur per universum corpus calor, atque plus foràs ejus motus fertur: at in tristibus intrò. *m* Hocque modo animi pathemata pulsus, superiores tonorum modos exprimunt. Quem vero Tonorum reliquorum cæteri pusus ἀναλογικῶς imitentur, sequentes Tropi à Musicis descripti manifestabunt.

Tro-



Auricularis
Annicularis
Medius
Index

Tropus 1. Ton. 2. Ton. 3. Ton.



Trop. 4. Ton. 5. Ton. 6. Ton.



7. Ton. 8. Ton. 9. Ton.



10. Ton. 11. Ton. 12. Toni.

Hisce nunc contenti reliquas Musicorum ἀκριβείας illis relinquendo, utpote nostræ menti inutiles ad magis nobis accommodatas, transimus.

a *Colleg. Conimb. in Aristot. Phys. l.* 1. *c.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. b *Aristot. post. Analyt. l.* 2. *c.* 15. c *Galen. de puls. differ. l.* 4. *p.* 250. d *Aristot. l. de respir. c.* 20. *Galen. in Isagog. de finit.*

nit. p.560. e *Hippocr. l. de aliment, sect. 4. p.50.* f *Barth. Anglic. c.23.* g *Gumpelsheimer in Compend. Music. c.3.* h *Reuchlin. de Cabal. l.2. c.10. p.83.* i *Galen. de differ. pulʃ. l.1.* k *Galen. de præcogn. ad Posthum.* l *Galen. de cauʃ. pulʃ. l.2. Tom.4. p.362.* m *Galen. de cauʃ. pulʃ. l.4. p.382.*

Παράφρασις IV.

De Pulʃuum Differentiis Generalioribus.

ARteriæ pulʃum ʃono Muʃicali correʃpondere ʃupra demonʃtratum, qui duratione temporali longus eʃt numerabiliter, hinc tactus Muʃicus ad cordis motum in ʃcientia Muʃica obʃervatur, conʃtans depreʃʃione & elevatione juxta proportiones certas præʃertim duplas in proportionalitate Geometrica, qui eʃt vel ʃimplicior, naturalior & communior, ambabus abʃolutus partibus, dicique poteʃt Spondaicus ut Mūsīs: vel minus eʃt ʃimplex ac inuʃitatior, una majore, altera minore, trochaicus ut Mūsa: Pręterquam etiam quod omnis ʃonus Longus eʃt & numerabiliter Latus, aut enim tenuis ʃeu Lenis, mollis, ʃubmiʃʃus,

ſus, exilis: aut aſper, durus, clarus, plenus. Inſuper & profundus ſeu gravis aut altus, ſeu acutus, quæ ſingula dimetiri neceſſe eſt, per proportiones numerorum commenſurabiles, præſertim radicales Monochordo facilimè applicabiles, quibus præcipuas ſuas vires exerit *Dias Muſica*. Sicut enim in numeris proportio alia eſt æqualitatis, Radix omnium reliquarum, alia inæqualitatis: ita etiam in ſonis, quoad hoc dimenſum alius eſt æqualis, alius inæqualis. Qui vero ſoni ſunt æquales, dicuntur uniſonus, ſimplex, Principium & Radix omnium Intervallorum Muſicorum. Qui ſunt inæquales faciunt diſtantiam, ſeu intervallum craſſitudinis ſonoræ, κατ' ἐξοχὴν Muſicum in quo ſonus Gravis profundus & major eſt, Acutus vero *Altus* & minor eſt. Quas dimenſiones exprimunt tam character notarum quam poſitus earundem hoc modo



Juxta proportionem Arithmeticam, dimen-

mensiones supradictæ patent sequenti modo ex Scala syntona emergentes.

Longitudo

Altitudo / *Profunditas*

D.	96. 120. 180. 120. 135. 144. 192. 192. 192. 192. 216. 240.
	Can ta te Do mi no
A.	120. 144. 135. 120. 135. 144. 160. 180. 240. 280. 160. 144.
	Can ta te Do mi no
T.	144. 180. 160. 144. 160. 180. 192. 216. 270. 192. 192. 180.
	Can ta te Do mi no
B.	288. 288. 288. 288. 360. 360. 360. 360. 384. 384. 288. 288. 270. 270. 180. 384. 288. 384.
	Can ta te Do mi no

no

ce

i

a

ſ

ſ

ubi ſuum proprium motum penitus a

mensiones supradictæ patent sequenti modo ex Scala syntona emergentes.

Longitudo

Altitudo — *Profunditas*

D. 96. 120. 180. 120. 135. 144. 192. 192. 192. 192. 216. 240.
Can ta te Do mi no

A. 120. 144. 135. 120. 135. 144. 160. 180. 240. 280. 160. 144.
Can ta te Do mi no

T. 144. 180. 160. 144. 160. 180. 192. 216. 270. 192. 192. 180.
Can ta te Do mi no

B. 288. 288. 288. 288. 360. 360. 360. 360. 384. 384. 288. 288. 270. 270. 180. 384. 288. 384.
Can ta te Do mi no

- Differentiæ pulsuum aliæ sunt vel
  - Absolute respectu
    - Quantitatis vel
      - Continuæ in qua penderatur vel
        - Linea, hinc pulsus dicitur vel Superficies unde alius
          - *Longus*, qui longitudine mediocritatem excedit: vel qui præter naturam in longitudine auctus invenitur. a
          - *Brevis*, cui decedit longitudo, infra mediocritatem: vel qui longitudine naturali multò minor est. b
          - *Latus*, qui latitudine mediocritatem excedit: vel qui naturali pulsu latitudinis respectu major reperitur. c
          - *Angustus*, cui latitudo mediocris decedit: vel qui latitudine præter naturam minor est. d
        - Corpus, cujus respectu pulsus vocatur aut
          - *Durus*, quum durior ac veluti siccior, coriique modo rigidior in occursu apparet arteria. e
          - *Mollis*, quando arteria in occursu major, ac veluti carnosa sentitur. f
          - *Vibratus*, est durus inæqualis sub variis digitis secundum altitudinem & profunditatem arteriæ. Nam sub uno digito elevatur arteria, quasi baculo compulsa, sub alio submissa apparet. g
          - *Serratus*, illam imprimis inæqualitatem sortitur, quæ in uno est pulsu, sed in diversis arteriæ partibus motu interciso. Fit enim ubi alia arteriæ pars dilatata alia verò minus. Sublata, propter ipsius duritiem esse videtur. Sic dictus quod is qui hujusmodi pulsum tangit, imaginem cujuspiam rei, quæ tactum serrat, percipit. h
          - *Undosus*, est mollis magnus sed inæqualis absque interruptione cujus magnitudo appareat, modò sub primo, modò sub secundo, modò sub tertio, modò sub quarto digito excipiente secundo priorem, & tertio secundum & quarto tertium, sicuti mutuò se excipiunt undæ maris, à quibus Undosi nomen desumpsit. i
          - *Plenus*, qui arteriam ostendit pleniorem & occursum humidæ tumidum. k
          - *Vermiculans*, quando arteria reptantem vermem, atque undæ instar subsilientem nobis repræsentat. Ab undoso differt dilatationis magnitudine: Undosus enim cum magna, Vermiculans autem cum parva & exigua dilatatione accidit. l
          - *Vacuus*, qui arteriæ elevationem facit bullosam, ut digitorum impressioni gressus per vacua occurrat. m
          - *Altus*, dum in eam attollitur magnitudinem distentio arteriæ ut nunquam coarctetur: Vel ubi in aliis omnibus impedita distensio est, pars autem arteriæ duntaxat superna soluta & libera & in cute instrata observatur. n
          - *Humilis*, cui altitudo naturalis decedit. o
        - Tempus, hujus comparatione nuncupatur alius
          - *Celer*, seu velox ille dicitur qui citò diastolen perficit. p
          - *Tardus*, qui multum requirit temporis ad perficiendam diastolen. q
          - *Mediocris seu Moderatus*, qui medium tenet, & veluti mensura regulaque est cæterorum omnium. r
          - *Intermittens*, quando non solum in uno aut plurimis etiam magnis unus minor apparet, sed nonnunquam totus quoque motus aboletur. s
          - *Dicrotus, recurrens aut bis feriens*, qui simul atque omnem distentionem effecit, se paululum subducit ac mox pulsat iterum tanquam malleus ab incude resiliens. t
          - *Caprizans* ex duabus inæqualitatibus compositus: Est enim quiete intercisus, ac deinde velocior apparet, à capra sic dictus. u
          - *Creber seu Frequens*, qui brevi quiete interposita perficitur. x
          - *Rarus*, qui longa. y
        - Locus, cujus ratione vel
          - *Myurus* qui inæqualitatis æquam paremque mutationem retinet. z Ut cum 1. pulsus secundo minor est, & tertius 2. & quartus tertio ad plures usque deinceps
            - *Deficiens* si pulsus sensim minui perseverat, dum ad quietem prorsus recidat.
            - *Recurrens*, qui ad pristinam magnitudinem aut parem aut minorem revertitur.
          - *Tremulus seu palpitans*, qui ictum refert non æquabilem, nec minimè vacillantem, sed perinde quasi vibretur. 1.
      - Discretæ quæ consiferat vel
        - Numerū, qui respondet virtuti moventi, hinc pulsus dicitur vel
          - *Fortis seu Magnus*, qui tangentis manum valdè & cum renisu percutit: & quasi tactum evertit. 2
          - *Debilis seu Parvus*, qui debiliter manum ferit. 3
          - *Vehemens*, qui validus est in contentione. 4
          - *Languidus*, qui imbecillus est in contentione. 5
        - Orationem, relatione cujus pulsus
          - *Rythmus*, qui est proportio tēporis, dilatationis ad tempus, cōtractionis
            - *Eurythmus* si temperamentum sexus vel ætas proportionem servaverint.
            - *Arythmus* si rythmum proprium labefactat ætas aliqua vel sexus, vel temperamentum, & dicitur
              - *Pararythmus*, qui destruit suæ ætatis rythmū, aliæ tamē vicinæ rythmum mutuatur.
              - *Heterorythmus*, qui non vicinæ ætatis, sed cujusvis alterius mutuatur.
              - *Ecrythmus*, qui nullius ætatis rythmum retinet.
    - Qualitatis quæ est vel
      - Simplex
        - Longus.
        - Moderatus.
        - Brevis.
        - Latus.
        - Angustus.
        - Altus.
        - Humilis.
      - Composita unde pulsus vel

Longus, Latus, Altus, Magnus.	Moderatus, Latus, Altus, Turgidus.	Brevis, Latus, Altus, Turgidus.
Longus, Latus, Moderatus.	Moderatus, Latus, Moderatus.	Brevis, Latus, Moderatus, Turgidus.
Longus, Latus, Humilis.	Moderatus, Latus, Humilis.	Brevis, Latus, Humilis.
Longus, Moderatus, Altus.	Moderatus, Moderatus, Altus.	Brevis, Moderatus, Altus, Turgidus.
Longus, Moderatus, Moderatus, Gracilis.	Moderatus, Moderatus, Moderatus, Medius.	Brevis, Moderatus, Moderatus, Turgidus.
Longus, Moderatus, Humilis, Gracilis.	Moderatus, Moderatus, Humilis.	Brevis, Moderatus, Humilis.
Longus, Angustus, Altus,	Moderatus, Angustus, Altus.	Brevis, Angustus, Altus.
Longus, Angustus, Humilis, Moderatus	Moderatus, Angustus, Moderatus.	Brevis, Angustus, Moderatus.
Longus, Angustus, Gracilis.	Moderatus, Angustus, Humilis, Gracilis.	Brevis, Angustus, Humilis, Parvus.
Celer, Celer, Tardus.	Tardus, Celer, Tardus.	Moderatus, Celer, Tardus.
Celer, Celer, Celer.	Tardus, Celer, Celer.	Moderatus, Celer, Celer,
Celer, Celer, Moderatus.	Tardus, Celer, Moderatus.	Moderatus, Celer, Moderatus.
Celer, Tardus, Tardus.	Tardus, Tardus, Tardus.	Moderatus, Tardus, Tardus.
Celer, Tardus, Celer.	Tardus, Tardus, Celer.	Moderatus, Tardus, Celer.
Celer, Tardus, Moderatus.	Tardus, Tardus, Moderatus.	Moderatus, Tardus, Moderatus.
Celer, Moderatus, Tardus.	Tardus, Moderatus, Tardus.	Moderatus, Moderatus, Tardus.
Celer, Moderatus, Celer.	Tardus, Moderatus, Celer.	Moderatus, Moderatus, Celer.
Celer, Moderatus. Moderatus.	Tardus, Moderatus, Moderatus.	Moderatus, Moderatus, Moderatus.

  - Relativæ quarum differentiæ ex respectu proveniunt vel quo ad
    - Æqualitatem quæ est vel
      - *Simpliciter & absolutè talis.*
      - Secundum quid.
    - Inæqualitatem quæ est vel
      - Systematica & est
        - Inæqualitas æqualiter hoc est in μυούροις quorum
          - Quidam perpetuo imminuuntur & horum alii vel
            - Parvitatem servant.
            - Iterum augentur & ad pristinam redeunt magnitudinem vel
              - Majorem.
              - Minorem.
          - Quidam minui cessant, at non planè in quietem desinunt.
        - Inæqualitas inæqualis cujus pulsus dicūtur
          - Intermittentes, qui uno, vel duobus, vel tribus ad sūmum quatuor pulsibus, rarò quinque omissis repetunt.
          - Deficientes, quando arteria motu destituitur, ac immobilis ferè manet.
          - Intercurrentes, quod nomen ei, quæ in crebritate est, inæqualitati convenit.
      - Singularis & est
        - In una parte arteriæ cujus pulsus dividuntur in
          - Intermittentem, ad quem pertinet pulsus δορκαδίζων, lat. Caprizans dictus.
          - Imparem citatum.
          - Δίκροτον.
        - In pluribus cum nimirum Diastole digitos inæqualiter ferit, cujus motus vel
          - Interruptus, qualis est Tremens.
          - Continuus, ut est Vermiculans & Undosus.
    - Ordinē cujus respectu dicitur
      - Ordinatus.
      - Inordinatus.
        - Absolutè talis cum videlicet sequentes circuitus nullo modo primis respondent.
        - Non absolutè.
    - Proportionem quæ dicitur Rythmus qui est vel
      - Æqualis
      - Inæqualis & hic dicitur
        - ἄρυθμος.
        - παράρυθμος.
        - ἑτερόρυθμος.
        - ἔκρυθμος.
        - De quibus supra.

mensiones supradictæ patent sequenti

Reliquas differentias & proportiones partim ex ſuperioribus colligere licet, partim ex accuratioribus Muſicorum diligentiis depromendas cenſemus, quo lectorem ablegamus. Sufficiat enim nobis quantum pulſuum doctrinæ prolata conducunt recenſuiſſe ἀναλογικῶς. Referunt autem tum Parentes Medicinæ, Galenus cum Hippocrate, tum poſteriorum modernorum Schola univerſa, pulſuum differentias, dictis æquipollentes quas ſeq. tabella memoriæ conſulendæ cauſa, ſuccinctè quidem deſcribens, at ſub inſequentes delineationes ex Muſicis depromptæ, graphicè ſatis depingunt.

*

Has pulſuum enumeratas differentias accurate cognoſcere ſummæ difficultatis elegantiſſimam tradens Regulam, diligentiſſimus noſter pulſuum indagator ſupra quam dici poſſit diligentia, Galenus tandem hanc tradit, inquiens: Ubi optimam conſtitutionem invenerimus corporis noſtri, primum animadvertendum eſt, qui ejus pulſus ſunt, neque obiter id, vel negligenter: ſed in eo ſtatu hominem accipiemus, ubi ſuum proprium motum pulſus à

nulla externa causa immutati retineant. Hoc fiat si non in longo otio sit versatus, nec recens exercitatus, nec vero etiam diu jejunaverit, vel modo comederit. Aër præterea temperatus sit, oportet, ipseque omnibus liber animi affectibus & tranquillissimam mentem habeat, postea investigandæ sunt corporis vitiosæ constitutiones: tumque primum earum recensebis differentias: deinde quos in illis excessus repereris, atque defectus hos ad Moderatam & optimam confer. Jamque cum animo reputabis primum quantum oporteat istarum naturarum pulsus dissidere ab optimæ pulsu, deinde ipsa experientia rationem hanc, si constet veritati explorabis. Quod cum subinde feceris, & longo usu rationem excitaveris, & tactum, tum putabis demum certò te *Moderatum* tenere in omni genere pulsuum, illosque etiam qui aliquo modo ultra hunc sunt, & citra. Et post pauca; Qui ergo ante intellexit naturam optimam corporis nostri cognoscendam esse, huj⁹ sciat pulsum esse inter omnes alios medium. *Et veluti mensuram quandam regulamque* in omnibus lucubrationibus de pulsibus hunc *Moderatum*

&

& medium à nobis meminerit appellari, cum quo ubi alios omnes comparamus celeres, tardos, magnos, parvos dicimus esse. At pulsum moderatæ naturæ & undiquaque optimæ, non recte vocaveris, magnum, parvum, celerem, tardum; nec etiam durum vel mollem, nec quoq; alio nomine, quod immoderationem interpretetur.

Ex hac Magistri Regula cum tactu Musico sub initium hujus paraphraseos memorato, secundum soni characterem musicum *Moderati* pulsus sequens delineatio ad amussim correspondebit.



Cum enim tactus uti edoctum, depressionem & elevationem exhibens ipsam Systolen, & Diastolen arteriarum repræsentet, Ex notis musicis adnotatæ, intermediæ siquidem paraphrasis antecedens ostendit, harum 2. æquipollere semibrevi, 4. brevi, 8. longæ, &c.

Non igitur ad Medium seu natura-

lem pulſum deſignandum fuerant rejiciendæ ſed potiſſimum eligendæ, tàm motus, quàm quietis arteriæ, indices naturales idem tempus deſignãtes. Ab hac norma quicunque deflexerit, jam in catalogum ſupra depictum, referendus.

Dictum namque tempus vel diuturniore mora tranſgrediens quantitatis reſpectu *Longus*, & hujus intuitu, brevius abſolvens tempus, *Brevis* nomine ſolet inſigniri, quod Muſicorum characteres hoc exprimunt modo:

Longus.



Brevis.



Ad alteram quantitatis proportionem quæ ſuperficies dicitur, quando pulſum examinabimus, inde *Latitudinis* differentia emerget cum oppoſita *Anguſtiæ*, corpus namque arteriæ præter longi-

longitudinem etiam latitudine præditum, hinc pulſus Latus nominatur & Anguſtus, qui cum prioribus ex virtute imaginativa, quam Galenus noſter ſedulò inculcat, ſemper memorandam, juxta Muſices regulas ſic poteſt depingi

Latus.



Anguſtus.



digitorum applicatio ſecundum lineas ſupra deſcriptas hanc latitudinem verius exprimet: ſub indice namque & minimo latitudo; Medio vero & annulari, Anguſtia facile patebit. Et hæc quantum fert ratio Analogias.

Ipſum corpus trutinatum, quoad ſubſtantiam jam Mollem, jam Durum repræſentabit, ætatis, temporis, ſexus, loci, temperamenti comparatione & ponderatione ſepoſita, quæ ſeq. paraphraſis luculentius demonſtrabit; Hæc

tangibilis qualitas cum aliquot insequentibus licet ad unguem descriptibilis cum non sit, à nostra tamen nec dum discedentes Analogia Musica taliter comparamus. Sicut enim ex vocibus musicalibus; *Vt,Fa:* dicuntur molles, quia mollem reddunt sonum: *Re, Sol*, Naturales, quia mediocrem reddunt sonum; *Mi, La*, duræ; quia durum reddũt sonum, ex quarum vocum continua & apta digestione resultat cantus ♮ duralis, qui habet ut in G, Sol,re,ut & mi in b. fa ♮ mi cognosciturque ex absentia b. rotundi; Nec non & mollis qui habet ut in F. fa,ut, & Fa in b. fa ♮ mi, cognosciturque ex præscriptione b. rotundi: pariter & nos hanc regulam sequuti pulsum nostrum dictis cantibus comparantes signabimus sequenter, Musica non refragante

Mollis. *Durus.*



Horum duorum pulsuum subalterni

ſunt; *Duri* quidem, *Vibratus* dictus, cujus definitionem in Schemate tabulæ traditam ſequens diagraphe manifeſtat, ſi lineas digitis comparaveris.

Vibratus.



Ejusdem duri alteram ſpeciem *Serratum*, nominavêre, cujus hæc præſentatio genuina cenſetur.

Serratus.



Hiſce contrarii, *Mollis*, ſunt dictus *Undoſus*, & Vermiculans metaphoricῶs, ab undis, & vermibus, nomina ſortiti, quorum Icones exprimunt ſubſequentia.

Undoſus.



Vermium progreſſus, qui obſervavit

contractione corporis & lenta distentione undam imitari fatebitur, posteriori corporis parte lentissimo ac vix perceptibili faciente progressu, sequenti schemati haud absimilis, unde pulsus, hunc imitatus ab ipso quoque nomen est mutuatus.

Vermiculans.




Non absimilem hisce Agathinus cum Archigene referunt dictum *Plenum* cum contrario vacuo, in eorum tamen definitione adeò perplexi, ut & ipse Galenus *sub fin. l. 4. de differ. puls.* non parva bile commoveatur, ob maximam verborum intricationem; quid pleni & vacui nomine, intelligi velint; tandem tamen ex *Agathini* mente *Plenum pulsum, tensum & contentum perpetuo ictum repræsentare: Vacuum, diffluentem & in renisu evanescentem, ut instar sit aquosæ bullæ, quæ rumpitur, tanquam affectum tactus,* cujus & supra mentio facta, describit, hocque claudit quasi Epiphonemate: *Est quidam pulsus, qui multum renititur,*

adeo

adeo ut ſi premas etiam arteriam non moveatur à manu. Hunc retine ac quovis voca nomine. Nam ſi modò vehementem, modo plenum vocas, interdum alio nomine, exiſtimasque numero nominum multas te res efficere: *Quis te feret?* poſt pauca: Genus eſt pulſuum, quod ipſum arteriæ corpus quo ſtatu ſit, declarat: Alterum, quod qualitatem ſubſtantiæ quam continet: Ac tertium nativi Spiritus ejus oſtendit facultatem. His tribus generibus *Plenitudo* nomen eſt. Hinc duritie, ſtatum arteriæ corporis Magnitudine, contenti humoris vel ſpiritus cognoſcimus copiam: Reniſus ictus, non craſſitiem ſubſtantiæ ſignificat, ſed robur vitalis contentionis. Secundum hanc ergo mentem, ex Muſicorum norma liceat nobis pulſum ita deſcribere.

Plenus.



Vacuum depingere licet abſonum videri poſſit, vacuum tamen ſonum ex Muſicis hucce mutuari haud abſonum: ſignant enim illi nota quadam, quam pau-

pausam vocant, ad quam Cantores pervenientes vocē retrahunt, Renisus intermissus eidem correspōdere quisquis fatebitur, hinc sic vacuum delineamus

Vacuus.



Dictas autem Pausas in condendis cantilenis eruditi Symphonistæ, tactum majorem observantes, ita ponunt ut pausæ ad tactus æqualitatem accommodentur: sic & ipsa natura sua Symphonia in pulsu medium solet observare in corpore sano & ἐυκράτῳ, ne nimis longa syncopatio sit molesta, cujus depictio talis est:

Medius.



Tandem arteriæ corpus ponderatum, juxta partem superiorem & inferiorem, emergit hujus respectu pulsus dictus *altus & humilis*, cujus Systema sequens, refert Iconem;

Altus.

Altus. *Humilis.*



Et haſce differentias, gignit corpus tertia Quantitatis continuæ ſpecies: ſequitur in ordine Quarta, Tempori dicata, Muſicis brevis notulæ dimenſio, quę nota quia in cantu interdum tribus, interdum duabus, valet ſemibrevibus, Pythagoræ ductu qui Ternarium perfectiſſimum Numerum proclamat, Tempus Perfectum Ternario, Imperfectum Binario ſunt menſurati ex quo illa Boëtii maxima eſt orta: Omne Trinum perfectúm, Binum vero Imperfectum. Perfectum igitur referet pulſum Medius inter Celerem & Tardum, quem ſupra naturalem deſcripſimus; Imperfectum duo reliqui, ſequenti effigie repræſentabuntur

Celer. *Tardus.*




Idem tempus quandóque intermittere

cum

cum experientia teſtetur, ab eodem & pulſus quidam ſuum acquiſivit nomen, qui taliter venit deſcribendus.

Intermittens.




Intempeſtive tempus perturbãs modò bis feriendo, *Dicrotus*, modò à ſaltu ſeu quodam hiatu capræ Italis Gazellæ dictæ, ſimilitudine ſumpta, nuncupatus habetur pulſus *Caprizans*. Sicut enim dictum animal uno & eodem tempore duos ſaltus efficit, ultimum tamen celeriorem priore, 6. talem & arteria quandoque ſolet figurare.

Dicrotus. *Caprizans.*



Sua celeritate accreſcens apud Medicos *Creber* nominatur, tardior ſi ſit *Rarus* quos præſentia adjecta Schemata depingunt:

Creber.



Rarus.



Medius inter crebrum & rarum ſic poſſet delineari:



Locum examinantes ſub 4. digitis tangentibus arteriam, comprehenſum, alios atq; alios exhibet pulſus, vel enim quaſi arteriam prorſus derelinquentem, vel eundem rurſus repetentem refert, vel tremulum omnino fingit: deficientem Medici quod caudam decurtatam imitetur, vel, quod illa quorum extrema ſunt mutata *μύουρα* vocentur, pulſum quoque eo nomine inſigniverunt,

verunt, à decurtatione redeuntem, *Myurum* Recurrentem nuncuparunt, qui ambo ſyſtematibus ſequentibus innoteſcunt.

Myurus deficiens. *Myurus recurrens.*



Tremulus ex cordis tremore ortum ducens ipſius motum imitatur, hac igitur figura exprimi poteſt.

Tremulus.



Habent Itali hujus quoque ſequentes ſpecies, dictas; *Tremulo cum Accento, Tirata, Trillo, Paſſagio,* quas, ſi non omnes, aliquas tamen ex illis quandoque in ægris liceat obſervare, ductu ſequentium deſcriptionum.

Tremulus cum Accento.



Tirata.

Tyrata.



Trillo.



Paßaggio.




Secundum quantitatem diſcretam quæ Numerum & Orationem complectitur, trutinatus pulſus Analogicôs dicitur Numerus imitans, non ineptè vel Fortis vel Debilis.



Fortis. *Debilis.*

Orationi comparantur Vehemens & Languidus

Vehemens. *Languidus.*



Et hæ ſunt differentiæ quas ex quantitatis tàm continuæ, quàm diſcretæ, ponderatione deſcribere, Analogica Muſicalis ratio dictitavit, ex hiſce à Galeno plures numerantur compoſitę, easq; ſuperior tabella ſuccinctè comprehendit, eas verò nî diligens obſervator ſimplicium quis fuerit, in compoſitarum dignotione facilè poterit hallucinari, quod periculum ad evitandum, deſcriptæ, quotidiano uſu, ſi terantur, clariſſimam facem obſcuriſſimæ & intricatiſſimæ pulſuum doctrinæ dubium non eſt, accenſuras; Specialiores ſequens Paraphraſis enodabit.

a *Galen. ad Tyron. tom.* 4. *mihi p.* 166. *de differ. pulſ. l.* 1. *p.* 180. *Fuchſ. Inſtit. l.* 4. *ſect.* 4. *c.* 3. *Sennert. Inſtit. l.* 3. *P.* 1. *ſect.* 3. *c.* 2. b *Ibid. ubiq;.* c *Fuchſ. ibid. & Galen. ibid.* d *Galen. & Fuchſ. ibid.* e *Fuchſ. ibid. Simoneta Comp. Medic. l.* 3. *c.* 5. f *Fernel. l.* 3. *pathol. c.* 1. *Fuchſ. loc. ſupra citat.* g *Hercul. Saxon.*

l. de

l. de pulſ.c.4. h *Fuchſ.Inſtit. l.4.ſect.4. c.3.* i *Herc.Saxon. de pulſ. c.4.* k *Fuchſ.loc. ſupra citat.* l *Galen.l.de differ.pulſ.* m *Gal.ib. Fernel l.3.pathol.c.1.* n *Galen. de differ.pulſ. l.2.* o *Fuchſ.loc. prædict.* p *Herc. Saxon. de pulſ. c.2.* q *Ibid.* r *Galen. de diff.pulſ. l.2.* s *Fuch. loc. citat. Fernel. l. 3. pathol. c.1.* t *Fernel.ibid.* u *Fuch.loc.noto.* x y z *Sennert. Inſtit.l.3.part.1.ſect.3.c.2.1. Gal.Iſag.l.defin.2.3. Sennert.loc.citat.4.5. Galen.de differ.pulſ.5. Herc.Saxon. de pulſ c.4.*

[*Nota, hæc loca citata tabulam ſuperiorem de differentiis pulſuum concernunt.*]

Παρέφρασις V.

De Differentia pulſuum Speciali.

MAcrocoſmi cum Microcoſmo connatam cohærentiam edocturus Hippocrates noſter, ingeminando fideliter inculcat, mutationes Anni; Sic enim ait, Mutationes potiſſimum morbos pariunt, eæq; præcipuè maximæ. Et in Annis temporibus magnæ mutationes, itemq; in aliis. Et poſt pauca: Morbi alii ad alia anni tempora, benè vel malè ſe habent; ætates quoq; ad tempora & Regiones

& Victus genera & morborum constitutiones: Librum tandem de Aëre, Locis & Aquis sic exorditur: Qui artem medicam recta investigatione consequi volet, is primum quidem Anni tempora in considerationem adhibere debet, quid horum quidq; possit. Hæc usitatò, in quatuor dissecantur partes, quarum prima *Ver*, sub quo mundus suum cœpit Exordium: Secunda nuncupatur *Æstas*, tertia verò *Autumnus*, quarta *Hyems* nominari solet.

Naturæ leges, si hæc observent, *Ver*, calidum & humidum, *Æstas* calida & sicca, *Autumnus* frigidus & humidus, *Hyems* frigida perhibetur & sicca; quæ sanè qualitates in corpus humanum suas exerentes vires, maximas gignunt mutationes, Hippocr. teste *a* Hæ verò morbos, (scil. mutationes) ex humorum commotione: *Ver* enim Sanguinem gignit: *Æstas*, Bilem: *Autumnus*, Melancholiam: *Hyems*, Phlegma *b* Unde *Vere*; Furores, Morbi comitiales, Profluvia sanguinis, Anginæ, Gravedines: *Æstate*, febres continuæ, ardentes, tertianæ, vomitus, alvi profluvia: *Autumno*, aqua intercus, tabes, stillicidia urinæ, difficultates intesti-

teſtinorum & levitates: *Hyeme*, morbi laterales, pulmonis inflammationes, gravedines, tuſſes, pectoris dolores, vertigines, apoplexiæ, homines corrumpere ſolent. Exinde pulſus ſecundum morborum varietatem varius, de quibus infra ſpecialiùs; Temporum tamen per ſe collatione, in *Vere*, communiter pulſus eſt cum moderato plenus: calidior æſtatis κρᾶσις, pulſum reddit celeriorem; *Autumnus*, durum cum quadam celeritate mixtum: Undoſum ob phlegma *Hyems*: Licet enim Annus omnis omnium quidem & calidorum & frigidorum, & ſiccorum & humidorum ſit particeps: In Anno tamen modò Hyems maximè viget, modò Ver, nunc etiam Æſtas, nunc Autumnus: Sic quoq; in homine modò quidem pituita invaleſcit, modo ſanguis, interdum etiam bilis, primum quidem flava, mox quoq; atra appellata: Hinc oportet morbos qui Hyeme augentur, æſtate deſinere, & eos, qui æſtate increſcunt, Hyeme ceſſare: Morborum verò qui Vere oriuntur, liberatio ad Autumnum expectanda eſt, & Autumnalium morborum diſceſſum Vere fieri neceſſe eſt. Quod ſi quis

hæc anni tempora morbus ſuperaverit, hunc Annuum fore, eſt ſciendum.

Præter hæc generalia Anni tempora ex Solis motu per certa ſigna decurrentis videlicet Arietem pertingens, Ver: Cancrum, Æſtas: Libram, Autumnus: Capricornum, Hyems, orta. Non minùs & quidem maximè Lunæ curſus venit ponderandus, hujus enim Ephemeris & in Majori & in Minori mundo, humoribus præcipuè dominari, tum omne mare, tum ſingulæ menſtruæ revolutiones aërem regentes, tum ægrorum decubitus ad illius phaſin facti, lethales vel ſalubres redditi, edocent. Pulſus quoque varii generantur, pro humorum commotione: Fluctus enim modo ad ortum Lunæ occidentales partes Oceani à fluctibus Syſtolen referunt cum deferuntur, ad easdem revertens fluctus ibidem crebreſcunt diaſtolen repræſentant, in iis verò quæ ad ortum ſpectant detumeſcunt, idq; affluentius vel parcius pro incremento defectuq; lucis, quam Lunares radii exhibent, *d* Eâdem magneticâ vi, humani corporis maria, humores, ad Lunæ phaſeis moti & ſpiritibus agitati (Referente *Foreſto L.* 18. *ſect.* 3. *Obſ.*

Obs. 8. *mihi pag.* 144. Exemplum, ubi puellæ 16. annorum per annos 11. decumbenti anno ætatis suæ 20. venter in tumorem haud exiguum attollebatur, atq; omnes eam eo tempore pro hydropica habebant. Sed paulò detumuit Venter & subortus est rugitus in Ventre vehementior ac murmur quoddam tanquam ranæ vivæ coaxantes in ventre latitassent, cum motu quodam ingenti ac vehementi sublatione, mox depressione tum ventris, tum thoracis, instar fluctuum maris. Quæsita insuper: Numquid dolorem sentiret, illum non solum affirmabat, sed &(quod motus ille ad plenilunium augeretur; & simul cum affluxu maris in majorem elevationem totus venter, tum pectus mirum in modum attollerentur; & maris fluxu recedente, simul motus ille decresceret & minueretur.) Hic autem motus duraverat annos septem. Hæc ille) per plenitudinem pulsum inducunt, tumidum, plenum & undosum ad ipsum usq; plenilunium cum illuminatione, calore quoq; accrescente inde celerior, perhibetur pulsus & magis plenus, deficiente Lumine pulsus quoq; magis vacuus & humilior:
 in-

intermedii ſentiuntur duabus quadraturis, correſpondentes: Porrò Eadem Luna ſi affligitur à ♂ in ♈ pulſus reddit altos, ac inordinatos: In ♉ à ♄ ex inflammatione pulſus inducit crebros, in ♊. à Marte oppreſſa ſanguinem ferveſcere facit, cum celeritate inordinatus fit pulſus, à Saturno verò in iisdem afflicta ſi fuerit, rari ſunt pulſus & parvi. Cancrum percurrens Luna ibidemque à Saturno oppreſſa, partim alti fiunt pulſus, partim humiles, partim celeres, partim tardi, partim undoſi: Mars ſi Lunam ibidem moleſtarit, nec fauſti planetæ auxiliares radios illuc transmiſerint, pulſus emergunt Dicroti, Luna quoq; ♌ quando peragrat, Saturnusq; fuerit moleſtus, Myuros recurrentes efficiet pulſus, Mars verò interturbans ob frequentes Lypothymias, Languidos & Myuros deficientes generat pulſus. Hoſtilibus radiis aut iniquo congreſſu Saturni in Virgine afflicta Luna, rarus efficietur pulſus, à ♂ verò hoſtiliter circumſeſſa, vermiculantem reddit pulſum. A Saturni aſpectu aut congreſſu Luna in libra afflicta pulſus erunt rari, Mars verò eosdem reddit altos & crebros. In ♏ Saturnus

turnus & Mars circa ulcera potiſſimùm generanda occupati, parvo à naturali receſſu fiunt manifeſti, niſi ex inflammatione reddantur celeriores. Sin Lunam Mars in ♐ torqueat, pulſus fiunt celeres, ♄ autem vermiculantes reddet. Idem in Capricorno Lunæ moleſtus, Languidi conſpiciuntur pulſus; Mars autem remiſſiores facit, qui per decurſum Aquarii continuantur. Ad piſces ſi fuerit motu ſuo delata, illicq; à Saturno divexata, ex præcordiorum tenſione celeritate creſcentes, quos ſunt auctura febres ex Marte ibidem prognatæ.

Luna porrò, in principio & reliquis morbi temporibus dum 12. peragrat ſigna, & vel bonis, vel malis Planetis, quando cõjungitur, opponitur, vel alia radiatione affligitur, ſive confortatur, quos effectus decumbentibus imprimat, nec non varia Symptomata in iisdem moveat, cum cauſarum Explicatione, Hermes Triſmegiſtus in ſuis Jatro-mathematicis, latio ſermone hactenus rarò viſis, per ſequentes aphoriſmos ἰατρο ἀςρόφιλον ſic informat.

In projectione humani ſeminis, ſeptem ſtellarum radii permiſcen-

 tur

tur ſingulis humani corporis partibus, quia & mutantur ſecundum diſpoſitionem duodecim Signorum ♈. enim caput dicitur partes autem capitis à 6. Planetis incoluntur. Et quidem dextrum oculum occupat ☉ ſiniſtrum ☾ Auribus ♄ præeſt, Cerebrum ♃ regit, Linguam & Gurgulionem ſive Guttur ☿ moderatur, Guſtum & Odoratum ♀ Univerſus verò Sanguis ſubjacet ♂. Quisquis igitur ex enumeratis feliciorem ſtatum ſive in Conceptione, ſive Genitura nactus fuerit, non eſt ut de debilitatione vel oblæſione ſit ſollicitus.

Sunt autem 4. Partes univerſales in homine, caput, thorax, Manus & pedes ſingulæ ſecundum tempus conceptionis aut nativitatis aliquid participant, ex natura dominantis ſtellæ malè diſpoſitæ: ut oculus vel unus v. ambo vel aures aut dentes patiens, aut loquela impedietur. Manifeſtum enim quamprimum malefici quid horum fuerit interjectum, illud involvi. Idem & in thorace animadvertitur, quòd aut pulmo, aut hepar, aut cor, aut Splen, aut inteſtina, malè feriantur. Pari ratione in pedibus & manibus, aut digiti, aut

ungues,

ungues, aut aliqua alia pars propria affligitur. Felix igitur in curationibus qui esse voluerit talia & tantis viribus prædita medicamenta, quę adversentur morbo, & sint omnia vivificãtia & corroborantia, necesse est adhibeat. ♄ abigentia humorem ☿ congelantia & spiritualia Existentia. Calefacientia v. & fœcundantia ♃ adscribuntur ut qui maximè calidus & sanguificus existit. Omnia verò Amica glutinantia, & erigentia omnem æqualitatem ♃ & ♀. agnoscũt. ☾ verò cuicunq; Planetæ appropinquaverit sive benefico sive malefico, secundum ipsius naturam disponitur de eaq; participat. Medicinam igitur exercitaturus, cognitam habeat nõ solum sublunariũ & mundanorum, sed & astrorum naturam & dispositionem inter se invicem, extra quorum connexum nihil singulare hominibus eveniet contrarii. Neque acres & vehementes morbi, neque longi seu periodici, neque servabitur quis per medicinam, neq; curationem feliciorem perficiet, aut morietur. Oportet igitur medicum diligentissimè horam decubitus indagare, sin accuratè non habere queat, qua hora morbus labefactarit & thema

ma erigere nec non cognoſcere, quis ſtatus cœli fuerit & quem aſpectum ☾ cum Planetis habuerit an ☍ vel □ vel ☌ his enim in aſpectibus erga maleficos maximè detrimentoſi cauſantur morbi. Cum beneficis verò talibus aſpectibus conſtituta maximum promittit auxilium Poſtea noſſe quod requiritur an Luna curſu velox, Lumine verò minuatur, vel curſu tarda & lumine creſcens, vel utroque omninò & curſu velox & creſcens vel curſu tarda & lumine decreſcens vel utrique applicans, vel ab utroque remota. Nam in Novilunio Lumine & motu vacua in □ ♂, aut ſuper eum exaltata uſq; ad ☍ graves morbos & interficientes portendit, ni beneficus ſeſe immiſcuerit, ſi namq; beneficus interceſſerit, morbus quidem gravis erit & propemodum lethalis, ægrotus tamen ſervabitur. Quando verò ☾ motu tarda & Lumine decreſcens maximè ♄ oppoſita ut tetragona, vel cùm ad diametrum permutarit, periculoſus erit morbus & lethalis, & æger non liberabitur.

Sin benefici complicuerint ad tempus decumbens ſervabitur. Sciendum quat. quemcunque horum ☾ ſuo motu at-

tu attigerit, morbum inde invalescere; cùm verò dimoveri inceperit, in melius morbus declinare non intermittet. Manifestum enim est per accessionem motus, morbum & augeri & solvi, & sic in melius verti. Hæcq; disquisitio in omnibus corporalibus principii locum teneat.

Qui namq; sub ♄ & ☿ decubuerint, invalidi erunt & difficilioris motus in articulis & omni corpore, quod brevi fluxiones morbum patefaciunt, suntq; brevioris revolutionis, gracilioris vocis & pavidi seu meticulosi, frigidiores propterea calorem expetentes vestibus, lucem aversantes, frequenter ingemiscentes & difficulter tardeque spirantes & debilis pulsus ex calore auxilium habentes, quod indicant pulsus deficientes & languidi omnimodam corporis destructionem manifestantes. Talibus igitur conferunt calefacientia & laxationem astringentia.

Qui verò sub ♂ & ☉ adversam ordiuntur valetudinem erunt inquieti & sufflantes, & toto corpore exæstuantes, frequenter exurgentes & subsilientes domesticis irascentes & impetentes oculis impudenter (truculenter) aspicientes,

cientes, intensè ſitientes & lingua balbutientes, vinum averſantes, aquam expetunt. His juxta tempus balnea conducunt. In victu v. ſine ulla ſunt ciborum appetentia, ad ſingula ſine intermiſſione, cum lingua collidentes. Sunt & in his pulſus parvi & inordinati, oculi rubri, corpore tumidi. Hiſce prodeſt poſt quintum diem ſanguinis detractio, & univerſa qui poſſunt tumorem purgare, univerſaque neceſſaria naturâ oppoſita hiſce auxilium invenit ♄ quidem, Jovialia, quę calefaciunt & laxant, atque conſtrictionem ſolvunt Saturnina v. omnia ſunt quæ frigefaciunt & aſtringunt & repellunt. Omnes v. cordiales, arthritici, & ſimiles morbi, à ♃ & ♂ oriuntur; Continuæ a. febres, pleuritis, peripneumonia & ſimiles à ♄ & ☿ fiunt. His opponuntur frigefacientia ut ſolanum, umbilicus veneris, farina hordeacea, coriandrum, Intybum, ſuccus Papaveris, cortex radicis Halicacabi, Polygonium, Sempervivum, Pulicaria, Lens paluſtris, vitis folia, ceruſſa, Lithargyrium, Lapis Hæmatitis, Portulaca, Ovorum albumen, Lini ſemen, folia Malvæ, poma Granata, hypocyſtis, cypreſſus,

rubus,

rubus, acacia, mala Cydonia, pyra Sylvestria, alumen Oenanthe, Phœnix seu hordeum Muricum, glandes Myrti baccæ, mala Punica, rosæ Virides, Daphne, Juncus, Ladanum, crocus Potamogeton.

De Calefacientibus.

CAlefacientia omnia à ♂ & ☉ reguntur, qualia sunt: Ol. Cyprinum, & singula benè olentia seu fragrantia, Ol. Irinum, Cynamomum, Majorana, Narcissus, Fœnogræcum, Nardus sive Spica Celtica, Myrrha, Bdellium, Storax, Cera, Ocymum, Cuminum, Pix cruda & cocta, Sevum, Medulla, Galbanum, Iris, Cassia, Spica nardi, Thus, Ammoniacum, Ruta, Myrobalanum, Carica, Coccus gnidius, spuma nitri, Staphysagria, Lapis asius, Cyperus herba, semen Urticæ alcyonium, Elleborus, Pyretrum, Serpentum venenum ejaculatum, Chrysocolla, Allium, Raphanus, Cicer. Hæc igitur applicabit Medicus, & hisce similia, quę calefacientia sunt & laxantia, cùm decubitus sub ♄ & ☿ factus. Si verò alius morbus supervenerit, quem ☾ manifestat, tum refrigerantibus & repellentibus, utendum cum sub ♂ & ☉ ægrotari

tari inceptum aut aliud aliquod Symptoma acceſſerit.

Cùm igitur quis decumbere incæperit ☾ exiſtente in ♈, ♄i ☍ aut □ aut ☌ cum illa, maximè verò motu tarda & Lumine deficiente in principio morbi quidem frigus perſentitur, & hoc manifeſtat capitis gravitas oculorum hebetudo, & raucedo, in pectore deſtillationes, pulſus molles & inordinati, & nocturnæ invaſiones & internus calor magnus, externè verò frigus & horror & animi defectus & inappetentia & ſudores importuni. His ſuccurrunt calefacientia, laxantia & ventrem ſolventia. Optimum autem ſanguinis detractio ægrotantibus. Sin verò nullus beneficus aſpiciat & implicet radio vel □ vel ☍ non ſupervivet æger ſed morietur, quando autem ejusmodi aſpectus intervenerit, ſalvabitur æger aut in alium incidet morbum, noctu exterminantem. Et cùm ♂ ejusmodi ☾ aſpexerit infallibiliter morietur antequam ☍ attingat.

Si verò ☾ in ♈ conſtituta, tempore decubitus ad ♂ vel ☉ tali Syzygia fuerit diſpoſita, caput patietur, quod Paralyſis declarabit. Sunt & febres continen-

tinentes & vigiliæ continuæ, oris ventriculi ardor & sitis immensa, lingua turbulenta & tumultuosa, Thoracis æstuatio ac Hepatis inflammatio, pulsus submissi & inordinati. His prodest venæ sectio, & omnia frigefaciendi vi prędita & mitigandi. Est autem morbus delirium phrenitis, nullus beneficorum si ☾ aspexerit. ♄ quando se implicuerit antequam ad ☍ perveniat, moritur æger, aut in □, & maximè quando motu appropinquaverit ☾, cùm autem beneficus ☾ aspexerit, periclitans servabitur.

☾ existente in ♉ & decumbat quis ♄ in ☍ aut □ aut ☌ maximè motu tarda & lumine decrescens, erit principiũ morbi ex crapula & plethora, & erũt fortes febres, Hypochõdriorum dolor & articulorum & pulsus submissi ac inordinati, & totius corporis æstus cum peripneumonia, his prodest venæ sectio ac omnia dissolventia habitum. Nullus beneficus si aspiciendo interveniat, sine dubio talis æger ante ☍ morietur, præsente verò benefico, & aspiciente, æger convalescet.

Tempore decubitus si ☾ cum ♂ est ☌ aut ☍ aut □, ortus est morbus ex

ſuperabundanti ſanguine. Hinc erunt febres continuæ, cum aſtrictione totius corporis & colli incendio nec non & oſſium cruciatus, quibus vigiliæ annectuntur: appetentia cum ſummo deſiderio vini & frigidorum. Talibus utilis eſt venæ ſectio & omnia laxantia. Quando autem ♂ nulli beneficorum applicuerit, vix æger 9. diem ſuperabit, interveniente verò benefico, in 6. liberabitur.

Decurrente ☾ in ♊ ſi quis decumbit, in ☌ ♄ aut □ aut ☍ genitus eſt morbus ex nimiis vigiliis aut itinere, maximè ſi ☾ lumine decreſcat, hæc manifeſtat artuum laſſitudo, & poſt pauca morbus eluceſcit tertia die, augetur uſque ad 30. ſunt tenues febres & totum corpus conſumentes, noctu intenſæ. Pulſus ſunt ſubtiles, & parvi cum ſudore & dolore ſplenis. Si verò ♂ aſpexerit, 30. die morietur æger: benefico interveniente & ☾ teſtimonium præbente, in longum tempus protrahantur ægri priusquam convaleſcant.

Quando ☾ verſatur in ♊ & eſt in ♂ ☌, □ aut ☍, ac ☾ ſit velox motu & lumine creſcens, ac decumbat quis, morbus

morbus valdè gravis & periculosus e-
radit. Erunt enim febres continuæ,
consumptiones corporis, & ardores,
pulsus creberrimi & inordinati. His
prodest venæ sectio. Sin verò benefi-
us ☾ non aspexerit, ♄ autem radia-
it, antequam ad ☍ perveniat, morie-
ur æger, benefico verò interveniente,
x periculo liberabitur.

Existente ☾ in ♋, tempore decu-
itus ♄ in ☌ ☍ aut □ erit princi-
ium morbi ex humiditate & frigidi-
ate, circa pectus destillationes, & tusses
htyses, febres lētæ. His prosunt omnia
alefacientia. Nullo benefico aspiciēte
rumnose perit æger.

Luna currente in ♋ & ♂ si fuerit
□ aut ☍. principium morbi erit ex
nguine, cholera, vētriculi eversione.
is conducunt omnia refrigerantia.
eneficus si nullus aspiciat, circa pri-
am □ morietur. Benefico verò in-
rveniente, cum 1. □ salvabitur.

In ♌ ☾ versante ac ♄ ☌ □ aut ☍
quis decumbat, erit principium
orbi ex sanguinis abundantia. Et sen-
etur calor circa totum pectus & hy-
ochondriorum ardor febres intermit-
ntes ut & pulsi, ardores internorum,

ſtatim in principio. His conducunt calefacientia (*ſecundum textum, ſed forſan incuria librarii erratum*, ſol heiſſen ψύχρωντα,) frigefacientia & laxantia. Nullo benefico aſpiciente ☾ ad ☍ morietur decumbens, ſin beneficus amicè aſpexerit, utplurimum patiens ſervabitur.

Luna in ♌. currente & decubitum apprehendit ♂ vel ☌ □ aut ☍ erit principium morbi ex abundantia ſanguinis. Et erunt febres vehementes, pulſus inordinati, Lypothymia, inappetentia, capitis gravitas cum ſomno multo, paralyſis totius corporis, & cordiales morbi. Quibus proſunt omnia evacuantia & refrigerantia. Si autem nullus beneficorum aſpectus acceſſerit ad Lunam ad primum diem emoritur, benefici verò ſi ſeſe interpoſuerint ad ☍ æger liberabitur.

Luna in ♍ mota decumbenti, ſi ♄ ☌ ☍ aut □ principium morbi eſt à prava concoctione & aſſimilatione chyli, tormina inteſtinorum & hypochondriorum murmur, febres occultæ & inæquales, quibus conducunt omnia calefacientia & laxantia. Sin nullus beneficus aſpexerit æger 14. die moritur,

ur, illo verò accedente, ſalvabitur qui-
lem longo tempore, ſed ſpiritus lan-
;uidus.

Si verò Luna in ♍ ☌ ♂ aut □, aut ☍, morbus erit fluxio ventris & exul-
eratio inteſtinorum, febres leves &
næquales, & pulſus inordinati ac cre-
ri, ſequuntur & cibi faſtidium & ſto-
nachi ſubverſio & vomitus, his pro-
int omnia evacuantia. Et ſi nullus
eneficus radius ☽ attingat, morietur
o. die, ſin autem beneficus acceſſerit,
ervabitur.

Exiſtente Luna in ♎ ſi quis decu-
uerit & ſit in □, ☍ aut ☌ ♄, mor-
us ortus ex nimio vini potu & crapu-
, & maximè cum eſt decreſcens lu-
iine & motu tarda: nocturnus ſit de-
ıbitus: afficitur autem & caput &
ıorax, deſtillationibus, tuſſibns, rau-
dine, nec non gravedine circa pectus,
ıin affligit quoq; cibi faſtidiũ & ſunt
fficiles acceſſiones febriles nocturnę,
continui dolores, & pulſus inordi-
ti. Quibus proſunt omnia calefaciẽ-
: Et quando ☾ fuerit ſupra ☉ ex-
ata, movebitur maximè ad diame-
trum cum pervenerit judicium faciens
& ſolvetur morbus, ſin celeriter mota

donec occasu cyclum absolvat inæqualiter æger & frequenti conversione servabitur; sin verò rursus moveatur vel secundum auctionem vel diminutionem luminis, sanguinis profluvio judicabitur & hisce periodus morbi solvetur. Plurimum autem temporis vel pallescunt, vel nigro tincti sunt colore, sed nihilominus convalescunt. Quando verò ♂ tali aspectu læserit & tetragonatus fuerit, æger infallibiliter morietur.

Si Luna fuerit in ♎ tempore decubitus, & ♂ in ☌ □ aut ☍ ortus est morbus à plenitudine sanguinis, erunt febres intermittentes & pulsus fortes, & vigiliæ continuæ & totius corporis inflammatio. His conducit venæ sectio, & omne quod habitū purgare potest. Nullo benefico aspiciente, circa ☍ periclitatur. Beneficus verò si aspexerit, æger servabitur.

Luna in ♏ quando ♄ affligitur vel ☌ □ aut ☍ est morbus ab exulceratione, bubonibus aut in locis occultis, pro ratione Luminis & motus, benefico accedente æger salvatur.

Luna verò existente in ♏ & ♂ ☌ □ aut ☍ ipsa v. ☾ deficiente lumine & motu

motu tarda, aſpiciente benefico æger ſervabitur. Notus autem ſit motus totius hujus ſigni & quem aſpectum ☾ habeat erga reliqua ſigna.

Si Luna fuerit in ♐ ♄ ☌ □ aut ☍ erit principium morbi ex tenuibus deſtillationibus & acribus erunt articulorum dolores, horrores febriles & extremorum frigus & maximè ſi ☾ deficiat & motu tarda, duplicem enim manifeſtè notabit ſignificationem. His conducunt laxantia & calefacientia. Et ſi beneficus aſpexerit æger liberabitur.

Si verò Luna in ♐ aſpexerit ♂ ☌ □ aut ☍ lumine aucta & velox motu, erit morbus periculoſus. Eſt enim ex plenitudine & crapula, & erunt febres intermittentes & Colicæ paſſiones & ventris fluxus, & pulſus inordinati, hiſce conducunt non refrigerantia & aſtringentia, ſin beneficus nullus aſpexerit 7. die morietur æger, ſi bonus autem acceſſerit in ☍ æger liberabitur.

Luna in ♄ verſante ♄ ☌ □ aut ☍ morbus eſt à refrigeratione humorum & tenues ſunt deſtillationes, gravitas pectoris & reſpirationis, tuſſes nocturnæ & febres intenſæ. His conducunt

laxantia & calefacientia. Si bonus aspexerit, erit morbus diuturnus, non tamen morietur.

Luna in ♐ si ♂ ☌ □ aut ☍ aspexerit, erit principium à vomitu & cholera, difficili coctione. Erit autem morbus valde periculosus, & inappetentia & nervorum contractio, ventris fluxus, digitorum asperitas & exulceratio, febres continuæ & intensæ, pulsus inordinati, cum maximo fervore pectoris. His commoda sunt astringentia. Et si nullus beneficus aspexerit in ☍ morietur. Si autem bonus intervenerit circa septimum liberabitur.

Luna in ♒ existente & motu tarda, lumineq; deficiens si in ♄ ☌ □ aut ☍ morbi principium est lassitudo, ex vigiliis nimiis, aut ex itinere & erit vel in intensione vel remissione & ad ☍ salvabitur & maximè cum accesserint beneficorum aspectus.

Si verò Luna in ♒ versante decubitus factus cursu tarda & deficiens in ♂ ☌ □ aut ☍ erit morbus ingentium dolorum, plenus periculorum servabitur ad diem 19. maximè cum benigni suis testimoniis accesserint.

Luna mota in ♓ motu tardo, lumine de-

ne decreſcens in ☌ □ aut ☍ ♄ erit morbi principium ex nimio frigore humorum & deſtillationum. Erunt magni horrores & febres continuæ & acceſſiones crebræ & ſuſpiria gemebunda, puncturæ circa pectus, & hypochondriorum tenſio. Conducunt verò his non calefacientia & relaxantia: Si verò benefici non aſpexerint ☾, in ☍ morientur, ſi verò aſpexerint ſervabuntur, ſed cum diuturno articulorum dolore.

Si Luna in ♓ verſante taliter diſpoſita fuerit verſus ♂ principium morbi ex plethora & crapula hinc & nocturnis intenſionibus morbus augetur, & eſt inflammatio totius corporis & loquelæ perturbatio & phrenitis & capitis mala diſpoſitio & febres ardentes, & ſitis magna & vini horror. Hiſce utile auferre ſanguinem & omnia quę habitum poſſunt melius diſponere. Ac ſi benefici non aſpexerint ☾ in prima quadratura morientur: Si verò Luna fuerit cum ♃ aut ♀ aut ☍ aut □ & in tali diſpoſitione decubuerit quis 1. □ aut ☍ æger ſervabitur. Et multum conducet hora decubitus. Si enim tùm boni in Horoſcopo vel Meridie, ☾

cum maleficis constituta succurrent optimo medico, subministrantes optima auxilia. Oportet ergo quęrere diem & horam decubitus & ponderare dispositionem mundi. Nihil enim extra mundanam Sympatheiam hominibus evenire potest.

Pulsus etiam cum recensitis particularibus Lunæ phasibus cum reliquis maleficorum planetarum configurationibus maximè mutabunt, utriusq; Luminaris *Ecclipses*, utpote quę non sine magna rerum alteratione universaliter solent transire, particulariter tamen in morbosis constitutionibus, necem intulisse quotidiana testatur experientia: inde hominibus magis infestæ, si humanis in signis patiantur, sed & bruta idem experiri dum talia signa peragrant, ipsorum neces faciunt testatum: ipsum tellus sterile reddi, quando terrena signa eædem attigerint, fames utrarumq; notat, Ipsus æther, cum ætherea signa tacta fuerint, & imbribus & grandibus & procellosis turbonibus ventorumque portentosis arborum & ædificiorum concussionibus, conquassationibus, eradicationibus æquorisq; æstuationibus, inundationi-


tionibus, Navigiorum ſubmerſionibus, luculento ſatis eſt teſtimonio.

Ultra quoque veritatem Chronologorum confirmat obſervatio, Medicorumq; diligens notatio, quam Hippocrates inculcando ſedulus eſt *e* adjiciens etiam aliorum aſtrorum, vergiliarum ſcilicet arcturiq; ortum & occaſum, eum in finem notandum *f* Nam ſyderum ortus, Orionis, Arcturi, Vergiliarum, Caniculæ flatus imbresque excitant, & ſerenitates frigora, teporesve ſolent afferre *g* de quibus Aſtrologorum Schola venit arctius rimando conſulenda. Iſtas tamen affectiones cœleſtes corpus humanum ad varias diſpoſitiones trahere, in propatulo eſt, hinc humidas conſtitutiones per Rheumata undoſos excitavit pulſus; per ſiccas duros, ſerratos, per calidas celeres, per frigidas languidos, tactus Medicus obſervabit.

Porrò triplici alimento hominum corpora & reliquorum animantium cùm nutriantur, videlicet cibo, potu, ſpiritu qui in corporibus flatus, extra corpora Aër nominatur & ventus, qui aëris eſt fluxio *h* hæc autem pro diverſitate loci & generatione, quæ ab evapora-

poratione à terra, quæ secum particulam quandam aquæ ducens, naturali motu centrum petere volens, impetu fumi ascendentis in contrarium movetur, ex qua fluctuatione aër in aliquam movetur partem & fit ventus: & diversa sortitur nomina & diversas acquirit qualitates, & diversa in corporibus mala movet. Modò namq; Ortus & Occasûs ratione alius ventus Cardinalis, alius Collateralis nominatur, ille duplex *Boreas* & *Auster*, hic meridiem, ille Septentrionem occupans, Reliqui duo sequuntur Ortum & Occasum. Inde quatuor hi Principales nuncupantur generaliter ab Ortu *Subsolanus*, ab Occasu, *Zephyrus*, seu favonius: Et quisque horum duobus stipatus collateralibus: Boreas qui etiam *Aparctias* creans in aëre nubes & frigora, à dextris habet *Circium*, faciens nives & grandines, à sinistris *Aquilonem*, nubes qui constringit. Auster qui & Notus à dextris humorem & calorem & fulmina generans, à dextris, *Euro austrum* à sinistris *Euronotum*. Subsolanus ab ortu in calore & frigore temperatus, habet à dextra *Vulturnum*, qui & Cœcias dicitur, cuncta desiccans ejus sinister est

Eurus




ſtringit, urinam difficultat coſtarum &

pecto-

poratione à terra, quæ ſecum particulam quandam aquæ ducens, naturali motu centrum petere volens, impetu fumi aſcendentis in contrarium movetur, ex qua fluctuatione aër in aliquam movetur partem & fit ventus: & diverſa ſortitur nomina & diverſas acquirit qualitates, & diverſa in corporibus mala movet. Modò namq; Ortus & Occaſûs ratione alius ventus Cardinalis, alius Collateralis nominatur, ille duplex *Boreas* & *Auſter*, hic meridiem, ille Septentrionem occupans, Reliqui duo ſequuntur Ortum & Occaſum. Inde quatuor hi Principales nuncupantur generaliter ab Ortu *Subſolanus*, ab Occaſu, *Zephyrus*, ſeu favonius: Et quiſque horum duobus ſtipatus collateralibus: Boreas qui etiam *Aparctias* creans in aëre nubes & frigora, à dextris habet *Circium*, faciens nives & grandines, à ſiniſtris *Aquilonem*, nubes qui conſtringit. Auſter qui & Notus à dextris humorem & calorem & fulmina generans, à dextris, *Euro auſtrum* à ſiniſtris *Euronotum*. Subſolanus ab ortu in calore & frigore temperatus, habet à dextra *Vulturnum*, qui & Cœcias dicitur, cuncta deſiccans ejus ſiniſter eſt
Eurus

hp 95


Circius,
Boreas,
Aquilo,
Corus,
Vulturnus,
Subſolanus,
Zephyrus ſeu Favonius,
Eurus,
Africus,
Euronotus qui & Euro Africus,
Auſter,
Euroauſter,

tur, cuncta deſiccans ejus ſiniſter eſt

Eurus

Eurus generans nubes. Ab Occasu flat Zephyrus qui est Favonius, hic hyemem resolvit, floresq; producit: habet à dextris *Africum* qui tempestatem, tonitrua & fulmina generat: à sinistris v. *Corum*, qui in duos dividitur, scilicet *Auram* & *Altanum*, aura in terra, altanus in pelago dominatur. Quorum dispositio ratione Sphæræ materialis ex hoc Schemate patet:

h

Qualitatum ratione quarum Hippocrates meminit & morborum *i Auster* ventus perhibetur calidus, quia principium ejus ex locis est calidis & siccis, flatu autem sentitur vehementi, descendit ad nos humidus, fit grossus & turbidus, quod ei descendenti admisceatur vapor crassus & turbidus, unde commovet pluvias, in Microcosmo catarrkos, qui auditum hebetant & caput gravant juxta superiorem aphorismum: ex hisce, obstructiones, Crebrum generant pulsum. *Aquilo* ex locis frigidis aquosis ac montibus eminentibus longinquis à nobis, frigidus & siccus sentitur, hinc poros claudens tusses movet, fauces exasperat, alvos stringit, urinam difficultat costarum & pecto-

pectoris dolores inducit, pulsum inde durum, modo celerem, modo tardum, modo vermiculantem inducit, juxta tamen & pestem fugat, putredini resistens, quam Auster induxerat; De reliquis Cardinalibus Orientales universaliter Occidentalibus sunt præstantiores semper, quod ab aëre, qui jam à Sole temperatus est, & subtiliatus proveniant, cujusq; humiditas jam est imminuta. Ideoq; ficciores sunt & subtiliores: sin verò in fine diei & principio noctis flaverint humidiores. Occidentalium verò qui in principio noctis & in principio diei flantes, qui proveniunt ab aëre in quo Sol operatus non est, spissiores erunt, qui verò in fine diei & principio noctis limpidiores, hinc & pulsus vel pleniores vel magis vacui & tardi.

Præter has generales differentias recenset Hippocrates noster quosdam singulis Regionibus familiares *k* Sic & Africus Regionis nomen reportavit, Corus ab Occidente æstivo sic dictus quod vento circulum claudat, & quasi choros faciat. Circius quod sit Coro conjunctus. Aquilo, quod aquas stringit & nubes dissipat. Est enim gelidus & sic-

pectoris dolores inducit, pulsum inde durum, modo celerem, modo tardum, modo vermiculantem inducit, juxta tamen & pestem fugat, putredini resistens, quam Auster induxerat; De reliquis Cardinalibus Orientales universaliter Occidentalibus sunt præstantiores semper, quod ab aëre, qui jam à Sole temperatus est, & subtiliatus proveniant, cujusq; humiditas jam est imminuta. Ideoq; sicciores sunt & subtiliores: sin verò in fine diei & principio noctis flaverint humidiores. Occidentalium verò qui in principio noctis & in principio diei flantes, qui proveniunt ab aëre in quo Sol operatus non est, spissiores erunt, qui verò in fine diei & principio noctis limpidiores, hinc & pulsus vel pleniores vel magis vacui & tardi.

Præter has generales differentias recenset Hippocrates noster quosdam singulis Regionibus familiares k Sic & Africus Regionis nomen reportavit, Corus ab Occidente æstivo sic dictus quod vento circulum claudat, & quasi choros faciat. Circius quod sit Coro conjunctus. Aquilo, quod aquas stringit & nubes dissipat. Est enim gelidus & sic-

4 p. 97



Boreas,
Circius,
Aquilo,
SEP TEN:
Corus,
Vulturnus,
Zephyrus seu Favonius,
OCC ASUS
OR TUS
Subsolanus,
ASIA
EUROPA
ARABIA
AFRICA
AMERICA
Africus,
Eurus,
Euronotus,
Euroauster
ME RID-
Auster,

& ſiccus Ventus, Idem & Boreas ab Hyperboreis montibus unde natura frigidus eſt. Natura enim eſt frigida & ſicca; Auſtralium calida & humida, qui modò ſitus ratione de qua Coſmographi conſulendi, imò Aſtrologi ex Luminarium & Syderum motu minuitur vel augetur, teſte Schönero, l Præceptoris igitur monitu & ductu quisq; ſedulus Regionem aliquam ingreſſus, horum memor & de morbis & de pulſibus feliciter eſt judicaturus.

Pulſum immutat ipſa quoq; victus ratio, quam Hippocrates de Scythis accuratè deſcribit, tanquam patriæ proximis, de Ichthiophagis, Galatophagis, Scrutophagis, Rhizophagis, Creophagis, Anthropophagis, Elephantophagis, Struthophagis, Phthyrophagis, Chelenophagis, Agriophagis, Spermophagis, Hippophagis, Lotophagis, & Strabo & Ptolomæus ſunt longi recenſitores; quorum accurata delineatio à Coſmographis dictis cum modernis exhibetur. De quibus hanc conſule tabulam generaliſſimam.

4.

Quibus relictis ad Europæos & inter illos ad Germanos nos conferimus, illorum

lorum pulſus indagantes: ad victum agreſtem, eosdem fortes, plenos, duros invenimus regula communi. Molliorem victum ſequitur etiam pulſus mollior, languidior, inæqualior, celeritate, plenitudine, tarditate, parvitate: Undoſos apud Ichthiophagos noſtros, Carthuſianos Cucullatos intellige, nec non & abſtemios reperias.

Reliquas pulſuum differentias ex Aquæ uſu quotidiano collige, hæc etenim præterquam quod humectat, etiã ſanguinis fervorem temperat, hujus genuinam facultatem Galenus *m* tribus probare jubet ſenſibus: *Guſtu*, ſi nullam offerat qualitatem, ſed ad unguem qualitatis expers appareat: *Viſu*, cum ſyncera fuerit, ac planè pellucida: Sic nec *Odoratu* ullam præ ſe ferre qualitatem debet, ut ſunt quædam extremæ pravitatis, quæ aut aciditatem, aut acrimoniam, aut ſalſedinem aut aliud indicibile aliquod vitium præferũt, hæc optima & eligenda uſui quotidiano. Nulla enim ex omnibus rebus tantas videtur habere ad uſum neceſſitates, quantas aqua, quòd omnium animalium natura, ſi, frumenti fructu privata fuerit, arbuſtisve, aut carne, aut piſca-

Aquæ probatio.

piſcatu, aut etiam qualibet ex his reliquis rebus eſcarum utendo, poterit tueri vitam: ſine aqua verò nec corpus animalium nec ulla cibi virtus poteſt naſci, neque tueri, neque parari. Quare magna diligentia induſtriaq; quærendi ſunt & eligendi fontes ad humanæ vitæ ſalubritatem, quam magis promovebit ſi fuerit aqua fontana pullulans ex terra non inquinata, ſoli & vẽtis expoſita, fortis curſus, in Orientem vergens, elongata ab origine, deſcendens ex altis, inſipida, cujus quantitatem magnam non tolerat vinum, pondere levis, munda & clara, quæ citò caleſit, & citò refrigeratur, in qua & legumina citò coquuntur. *Fontanam aquam quæ præſtantior.*

Quin & Vernales cum hyemalibus bonitatis ratione præpollent; ſiquidem æſtate & autumno plurimam patiuntur permixtionem rerum externarum: Sic enim ab *Aquilone*, majorem acquirit frigiditatem; *Auſter* verò easdem reddit calidiores & ad putredinem procliviores. Ex ſiccitate quoq; nitroſiores, ex imbrium multitudine permixtiores. *Aquæ reſp. temporum quando ſalubriores.*

Sunt etiam quarundam Regionum Aquæ ſingulares fugiendæ: In Leonti- *Aquæ Regionum.*

nis enim aqua perhibetur, quæ hausta, repentinam infert mortem: Cui par est Arcadiæ, *Styx*, nuncupata: Circa Susam aqua reperitur, quam si quis biberit dentes amittit. Subarius fluvius viros ignorantes reddit. In Ægypto fons est qui capita depilat bibentium, quæ mala ex incolis sunt rimanda. Fontanis aquis deteriores censentur Puteorum, quia conclusæ, terrestreitatem cum limositate acquirunt, quibus annumerantur stagnorum, Lacuum, Paludum, Piscinarum, Vadorum, Cisternarum.

Puteorum Aquæ.

Aquæ tonitruum.

Sic & aquæ cum tonitru largiter effusæ, reliquis Imbrium vel Nivalium & glacierum ab Authoribus *n* magis recommendantur victui quotidiano, ex quo vel putredines, vel inflammationes, vel obstructiones aquæ potissimum usu (quæ vehiculum nutritionis Galeno nominatur) oriuntur, augentur, vel dimoventur, ex illis quoq; pulsus Latus, Angustus, Celer, Tardus, Mollis, Durus, Debilis redditur vel Fortis.

Cerevisia.

Pari conditione juxta Regionum & Aquarum loca, paratur in usum quotidianum potus, quem quidam Germanorum Cerevisiam, quidam Hordea-

ceum

ceum vinum nuncupare ſolent, in cujus artificio deſcribendo gnarus eſt in ſuæ Oeconomiæ *L.* 2. *c.*4. 5. 6. 7. 8. 11. *Colerus.*

Tertium genus potionis eſt Vinum, quod Theognis ob liberaliorem hauſtum, malum pronunciavit, contrarium verò Galenus ſtatuit, quoniam modicè ſumptum & concoctioni & digeſtioni & ſanguinis generationi & nutritioni confert abundè *o* cujus bonitatem indagandi Galenus *p* jubet obſervare *Colorem*, cujus ratione aliud vinum dicitur, album, nigrum, fulvum, flavum, rubrum: *Odorem*, hinc quædam boni odoris ſunt, alia verò non boni odoris, ſed ferientem quandam & inſuavem nacta ſunt qualitatem; alia nullo pacto odorem habent, ſed ſunt aquæ inſtar inodora. *Saporem*, qui exhibet vel auſterum, vel dulcem vel acrem, unde vulgare dicterium exortum ad literas initiales Vinum Cos: Ejusdem qualitates fugiendas, explicat Verbum STA. *Subſtantiam* ſcilicet vel nimis tenuem, vel nimis groſſam: Item *Turbidam* cum *Annoſitate*, ob incommoda corpori humano inde orientia, ſuccinctè igitur moderni unico

Vinum quodnam eligendum.

verbo COSTA (quæ Galen. & Hipp. plurimis comprænhenderunt libris *q*) expresserunt. Vinorum itaq; varietate pulsus variatur multitudine, opplens debilem, calore accendens celerem, crassitie, durum reddit, longo rerum usu Medicum efficiens ἰσόθεον.

Si quicquam, certè illud vitæ curriculum, quo perspicuè corporis constitutio immutatur, *Ætas* dictum, pulsus variat, cujus varios referunt gradus Authores, *r* eò quod non nisi latè annorum numero circumscribi possint.

Ætatum numerus & distinctio.

Hinc quidam generaliter in 4. dispescunt, scilicet *Iuvenum*, in quo, homo augescit, calore atq; humore in ipso incrementum capiente. *Vigentium*, ubi homo perfectus absolutis calore & humore. *Mediorum*, seu consistentium, quòd jam vires consistant, subsistant, nec amplius crescant, imò minui potius incipiant. *Senum*, quando homo diminuitur ac deficit decrescentibus in eo calido & sicco, frigido autem & humido augescentibus: Quatuor Anni temporibus ad amussim correspondentium. *Iuvenes* enim temperaturâ calidi ac humidi sunt, & similes

Ætatum cum Anni temporibus corresponsio.

tudinis inconſtantiam, & inconſtan-
tiam mentis, Lunaribus effectibus aſſe-


verbo COSTA (quæ Galen. & Hipp. plurimis compræhenderunt libris *q*) expresserunt. Vinorum itaq; varietate pulsus variatur multitudine, opplens debilem, calore accendens celerem, crassitie, durum reddit, longo rerum usu Medicum efficiens ἰσόθεον.

Si quicquam, certè illud vitæ curriculum, quo perspicuè corporis constitutio immutatur, *Ætas* dictum, pulsus variat, cujus varios referunt gradus Authores, *r* eò quod non nisi latè annorum numero circumscribi possint.

Ætatum numerus & distinctio.

Hinc quidam generaliter in 4. dispescunt, scilicet *Iuvenum*, in quo, homo augescit, calore atq; humore in ipso incrementum capiente. *Vigentium*, ubi homo perfectus absolutis calore & humore. *Mediorum*, seu consistentium, quòd jam vires consistant, subsistant, nec amplius crescant, imò minui potius incipiant. *Senum*, quando homo diminuitur ac deficit decrescentibus in eo calido & sicco, frigido autem & humido augescentibus: Quatuor Anni temporibus ad amussim correspondentium. *Iuvenes* enim temperaturâ calidi ac humidi sunt, & simile

Ætatum cum Anni temporibus corresponsio.


COLERA·MOVETVR
RVBEA
NIGRA
CITRINVS·CO.
SANGVIS·PRAEDOMINATVR
MELANCHOLIC·HVMOR·SVPABVNDAT
FLEGMA·MOTVM·SVVM·HABET·A·PRAEDOMINIO
ROSEVS·COLOR
CINERICIVS·COLOR
ALBVS·COLOR
CALIDA·ET·SICCA
HVMIDA·ET·CALIDA
SICCA·ET·FRIGI.
FRIGIDA·ET·HVMIDA
F
G
H
I
A

[illegible] temporibus ad annum corre- *temporibus correſponſio.* ſpondentium. *Iuvenes* enim tempera-turâ calidi ac humidi ſunt, & ſimiles

VERI.

VERI. *Vigentes*, calidi & ſicci, eandem cum *Æſtate* temperaturam adepti. *Medii* frigidi & ſicci, *Autumno* conſimiles. Senes frigidi & humidi, ſimiles *Hyemi*. Ex quibus & humores innoteſcunt: Redundat enim *Sanguis Iuvenibus*; *Flava bilis vigentibus*; *Mediis Atra*: *Pituita Senibus*: quoniam innatus calor eſt Juvenibus multus: Vigens, vigentibus, ſenibus pauciſſimus.

Humorum motus ratione ætatū.

Complexionum & quotidiani curſus ratione, quomodo Humores ad ſingulas horas moveantur, præſens edocet Schema; Exhibens in exteriori Limbo Horas diei Artificiales: In Interiori, Naturales, ſecundum quas pulſus obſervatus accuratam docebit alterationem, Medico plurimum proficuam.

Humorum motus ratione complexionum & fluxus temporis.

♂

Alii 7 planetarum curſus reſpicientes, ſecundum ſeptenarium numerum ætates diſtribuunt, ac primos 4. Annos, Infantili ætati aſſignant, Lunamq; gubernatricem præficiunt, hinc propter corporis humiditatem & imbecillitatem, alimoniæ liquiditatem, valetudinis inconſtantiam, & inconſtantiam mentis, Lunaribus effectibus aſſerunt

Ætatum diſtributio ſecundum Planetas.

runt reſpondere. Proximum decennium Mercurio dedicantes animum ac rationem componere ac veluti fingere diſciplinarumq́; ſemina & elementa inſerere, morum ſtudiorumq́; peculiares conditiones patefacere, animosq́; doctrina & inſtitutione, primisq́; exercitiis excitare, ajunt. Sequenti octennio Venerem præeſſe, tum Veneris inſaniam, ac intemperantiam, cupidinisq́; efferveſcentiam ſatis teſtari probant. Solem verò in quarta ætate collocant Annis undeviginti, qui juris uſum concedat, rei etiam familiaris & exiſtimationis cupiditatem injiciat, ut & vitæ modum habere deſideret, & puerili vanitate & inconſtantia peccatisq́; amotis ad juris, pudoris & honeſtatis amorem accendat. Poſt Solem virilem ætatem Marti conſecrant annis 15. quia vitæ triſtitiam & malitiam adducit, curis ac doloribus animum ſimul & corpus afficit, ſenſum nimirum inſtillans, & cogitationem ætatis defloreſcentis & inſtigans ad memorabile aliquod inceptorum operum ante obitum laborioſè perficiendum. Jupiter deinceps ſenilem ætatem nactus annos 12. laborioſum illud & turbulentum

ac pe-

ac periculis expoſitum, vivendi genus declinare paulatim jubet & decentius, officioſius, quietiusq; capeſſere. Amplius nihil præcipitanter agere, alios admonere, & conſolari, honoris tunc maximè & laudis & liberalitatis ſtudioſus eſſe cum pudore & gravitate. Saturnus tandem Extremæ & confectæ ætatis præfectus, illi, quod supereſt vitæ, naturam languidam miſera infirmitate, variis offenſis & moroſitatibus concludit.

Hunc ſeptenarium numerum ex motu humorum ponderantes tàm Aſtrologi, quàm Medici Annos decreverunt Criticos. Septem namq; horis recentum ſemen, fœminam concepiſſe credendum: Septem primis diebus abſolvitur tempus ſpumificationis: Septimo die, poſt partum cadit umbilicus: 14. diebus, movetur viſus ad lucem: 49. die, vertitur ad motus ſingulos. *Anni Critici.*

Septimo menſe, dentes erumpunt priores; 14. Menſe, ſedet ſine timore. 21. Menſe, ſonus in verba prorumpit, 28. Menſe incedit. 35. Menſe Lac nutricis horreſcit.

Septimo Anno decidunt dentes bis

ſeptimo pubeſcunt; Ter ſeptimo, adoleſcunt: Quater ſeptimo, juventutem aggrediuntur, Viroſq; ſe præſtant ad Annum 49. qui eſt quadratus, hinc uti per ſeptenarium viribus accreverunt, ſic per ſeptenarium, rurſus iisdem deficiunt: qui vitæ curſus in tres generaliter ætates commodè diſtribuitur: *Creſcentem* ſcilicet Adoleſcentiæ *vigentem*, Juventutis & *Inclinantem ſenectutis*. Diverſitates tamẽ adoleſcentiæ ponderãtes, pariter & ſenectutis tres emergunt, inde ad eundem ſeptenarii recurritur circulum: tres enim pueritiæ & 3. Senectutis gradus cum Juventutis gradu ſeptem conſtituunt. Nam ab ortu ſtatim qui dentibus careat, fari nequit, hinc Infans nuncupatur, & vagire dicitur, dum verò duos vel tres habuerit, mutitat, & cum dentibus os impleverit loquitur. A puritate poſt Infantiam ac quod nondum lanuginem floremq; genarum habeat, puer eſt vocatus. Ab augmento ulteriori, quod ad gignendum adultus, Adoleſcens nominatus: à juvando Juvenis. Pariter à ſenſus diminutione, Senes dictos eſſe putant, & quod per vetuſtatem deſipiãt; hinc, qui adhuc Vitæ munera exercent, cum con-

Æstatum diviſio ſecundum incrementum & Decrementum vitæ.

Gradus creſcentis ætatis.

Gradus decreſcentis ætatis.

consistentibus, *Viridis* dicuntur, esse *Senectutis*; Deinde media est senectus eorum, qui ejusmodi munera vix possunt amplius obire. Tandem eorum qui senio ferè confecti sunt, generis πέμπελος quod cum pompa tendant ad manes *u* Terentius Senem decrepitum *Silicernium* vocat, quasi qui mox cernendus umbris sit silentibus, vel cui convivium funebre mox sit habendum, quod silētio edentes consumebāt, quia cogitarent se mox sepultum sequuturos, quapropter à convivio abeuntes veluti amplius se non visuri mutuo salutabant, quod & hodie apud quosdam hac grassante lue est celebratum. His missis ad ætates redeuntes, tàm memoratorum Planetarum præsidium, quàm ipsa temporis fluxio corporibus mutationem inducens sensibilem cum complexione pulsus immutant. Nam puer ut Hippocrates *x* habet ex humidis & calidis temperationem habet. *Adolescens* calidus quidem, quoniam ignis accessio aquam superat, siccus verò quia puerile humidum jam consumptum est. *Vir* cum corpus constiterit siccus & frigidus, quoniam calidi quidem accessio non amplius superat,

Senectutis distinctio.

Pulsus ætatum.

ſed ſiſtitur incrementum in corpore quieſcens & perfrigeratur. *Senes* autem frigidi & humidi quoniam ignis quidem deceſſio, Aquæ autem acceſſio adeſt: horum dictorum gradus ſequens exhibet Schema.


⊙

Terminum Annorum 70. ſecundum Pſalmiſtam *y* qui tranſcenderit, quaſi umbra vitæ tranſit. *z* juxta nominatos autem gradus etiam pulſus ſentiuntur *Infantum*: Exilis ac Undoſus. *Puerorum* Celer & Mollis. *Adoleſcentum* Magnus Rarus & durus. *Virorum* Fortis & creber; *Senum* debilis, rarus & tardus. *aa*

Sexuum pulſus. Sexus quin etiam, ut conſtitutione, ita & pulſu eſt varius. Viri namq; robuſtioribus dotati viribus, arterias quoque ſunt nacti amplas, calidiore pollent corde *bb* hinc ſecundum Raſem, Virorum pulſus, plerumq; invenitur major, fortior, tardior, & rarior mulierum *cc* utero tamen gerentium, pulſus ſunt majores, frequentiores ac celeriores.

Exercitationum pulſus. Reliquos Vitæ ſtatus ſi contemplabimur, Exercitationes, pulſus mutare, experiemur. Incipientes quidem uſq; ad mediocritatem, vehementiores, inducunt pulſus magnos, celeres ac frequentes.

⊙ pag. 108.


Medium
Gradus I.
Gradus II.
Gradus III.
Gradus IV.
Gradus V.
Annus 7.
Annus 14.
Annus 2
Annus 28.
Annus 35.
Infantia
Pueritia
Adolescentia
Vir
Constans
Scala Ascensus
Æqualis omnium Introitus.
Principiū
Gradus VI.
Gradus VII.
Gradus VIII
Gradus IX.
Gradus X.
Annus 49.
Annus 49.
Annus 56.
Annus 63.
Annus 70.
Constans
Lapsus in senectutem
Senectus
Decrepitus
Repuerascentia
Finis
Scala Descensus.
Æqualis omnium Exitus.
Dies sicut Vmbra, Ps. 143.
O Homo Vanitas est, Ps. 39.
Nascendo morimur, Finisq; ab origine pendet.

quentes. Si quis verò multum ac supra vires laboret, parvos, languidos, celeres ac frequentissimos. Sin modum plurimum excesserit, ad virium resolutionem, parvos admodum, languidos, tardos ac raros pulsus excitabit.

Pulsus ratione somni. Somni ratione seq. pulsus immutationes exhibentur. Principio minorem ipsum, tardiorem, rariorem, & languidiorem efficit: Procedente verò tempore, tarditatem intendit, & raritatem, idq; præcipuè post cibum. Major autem fit tunc & vehementior. Quod si diuturnior is fuerit, rursum in languorem mutatur, ac parvitatem, tarditatem autem & raritatem retinet. Qui à somno sunt exciti, protinus quidem iis pulsus sunt magni, vehementes, celeres, frequentes & turbati quodammodo: Verùm non ita multò post, revertuntur ad mediocritatem.

Pulsuum immutatio ratione Balneorum. Balnea moderatè calida magnos, celeres, frequentes ac vehementes: immodicè calida, parvos ac languidos præterea celeres efficiunt pulsus, & frequentes; quòd si ibi non cessetur, parvos & tardos, raros & languidos. Frigida verò repentè quidem parvos ac tardos, raros & rariores pulsus reddunt,

dunt, post a. aut stuporem induxerit, parvos, ac languidos, tardos & raros: Sin calorem conciliarint & robur, magnos quidem & vehementes, celeritate tamen & frequentia moderatos efficient.

Animi παθήματα mi quos pulsus excitent.

Sub finem Paraphr. 3. aliquot Animi pathematum pulsus sumus contemplati, quibus & sequentes annectendos censemus.

Voluptas. A *Voluptate* namq; sentitur Magnus ac Rarus, non tamen vehementia diversus.

Mœstitia. A *mœstitia* parvus, tardus, languidus atque rarus.

Metus. A *metu* recenti quidem celer, turbulentus, inordinatus atq; inæqualis, inveterato a. pulsui à mœstitia est similis, diu perseverantes & accrescentes tandem solutarum virium pulsus æmulantur.

Formicantes & Vermicantes quales sint pulsus & quibus eveniant.

Formicantes sunt & vermicantes; Illi quidem, principio in languorem, parvitatem, celeritatem ac frequentiam: ad medium autem in languorem, parvitatem & raritatem, postremò in parvitatem summam, languorem frequentiam & ementitam celeritatis imaginem repræsentant: Hi verò vermicantes, fiunt & ipsi viribus jam dissolutis, sed aliquantulum adhuc resistentibus: in eo à formicantibus discrepantes, qui

non

